

In nomine Domini. Amen.

5 1. In exponendis autoribus querenda sunt tria principaliter, scilicet explanatio
causarum et qui sit libri titulus et cui parti philosophie subponatur. Et primo cause
explanande super *Poetria* Oratii, quam exponere intendimus, quattuor sunt,
videlicet causa efficiens, materialis, formalis et finalis¹.

10 Et primo causa efficiens huius operis fuit prudentissimus vir Oratius Quintus
Flaccus, natus patre libertine conditionis precone sive coactore, oriundo Venusie,
que est civitas Campanie sive Apulie, quia in confinibus utriusque est, ut ipse
testatur in libro *Sermonum*, dicens: «Campanus an Apulus anceps, nam Venusinus
arat finem subutrumque colonus»². Qui cum patre in Sabinos migravit et demum
15 Romam, quem cum pater prudens - contra sevissimam inopiam audax - puerum
ingeniolo naturali perspicacem in studium licterarum misisset, parcissimis inpensis
substantatus, patrias angustias alto vicit ingenio³ et demum, liberalibus artibus
ingenue eruditus, Neapoli est laurea coronatus. Inde vero in Greciam, Athenas -
suffragio Marci Antonii - profectus, philosophicis instructus exitit disciplinis. Sed,
20 insurgente tumultu bellorum morte Cesaris inter Octavianum et Antonium, coactus
de relinquere philosophica studia, exercitiis armorum se tradidit; quibus, cum
Antonius campis Tesalicis devictus (quem Oratius sequebatur) in Africam
profugisset, pauper et suplex Oratius Romam rediit, ubi, rogatu Mecenate (cuius fa
[c. 56v] vorem opera Virgilii acquisiverat), in gratiam ab Augusto receptus, factus
corrector poematum, Rome resedit. Ubi primum, ut complaceret Mecenate, libros
25 *Odarum* quattuor composuit, quos sibi intitulavit, incipiendo: «Mecenas Atavis
edite regibus»⁴. Demum, rogatu Pisonis, composuit *Poetria*, quam presentialiter
exponere intendimus. Postea vero libros *Sermonum* duos et ultimo libros duos
Epistularum, quos etiam Mecenate intitulavit, ut patet in illis. Demum Rome ante
sexagesimum annum defunctus est⁵.

30 Causa materialis in hoc libro, qui appellatur *Poetria*, est poema sive poeta
cum opere suo, quia in hoc de poemate et poeta tractatur, et per consequens de poesi
informante poetam quomodo debeat suum poema componere. Unde hic est
notandum quod⁶ differentia est inter hec nomina, scilicet poesis, poetria, poema,

8 causa efficiens *om.*

5

10

15

20

25

30

poeta et autor⁷. Quia poesis est ars poiendi, idest fingendi, que facit poetam, quia qui hanc poesim novit poeta dicitur⁸. Poetria vero est liber compositus a poeta qui tractat de poesi. Poema vero est opus compositum ab autore secundum precepta poesis, a quo poemate dicitur autor et in hoc differt autor a poeta, quia autor non est nisi qui poema finxerit. Poeta vero potest esse et si poema non finxerit, unde omnis autor poeta, sed non est e contrario⁹, quia, nisi au [c. 57r] tor sciat poesim, non potest poema componere et tamen potest quis et scire poesim et poema non fingere. Et est poesis scientia fingendi que, in quantum est in mente artificis, continetur sub philosophia naturali, quia imitatur naturam, et si non per vera, saltim per verisimilia¹⁰; in quantum vero est extra, continetur sub morali et sermocinali. Et sic potest dici quarta scientia contenta sub philosophia sermocinali: quia gramatica est prima, que docet per orationem congruam et perfectam generare perfectum sensum in animo auditoris; dialetica est secunda, que per argumentum fidem sive opinionem generat in animo auditoris; rhetorica est tertia, que per verisimilium enthomemata¹¹ movet et inclinatur affectum; quarta vero est poesis, que non solum per idonea verba, sed etiam per gestus et similitudines rerum, quas humanis sensibus representat, movet et trahit et informat affectum. Sicut ergo prima constituit cognitionem, secunda iudicium, tertia assensum sive placentiam, sic quarta delectationem; due prime, scilicet gramatica et dialetica, respiciunt intellectum principaliter; due secunde, scilicet rhetorica et poesis, respiciunt magis affectum: qui intellectus et affectus sunt principales potentie anime et, cum scientia comparetur ad animam sicut ad [c. 57v] proprium subiectum, necesse quod quelibet scientia referatur ad alteram predictarum potentiarum sive ad utramque. Et sic patet que scientia sit poesis, de qua hic tractatur.

25 Causa formalis est duplex, scilicet forma tractatus et forma tractandi¹²: forma tractatus est compositio libri, forma tractandi est modus agendi auctoris, qui potest esse multiplex, scilicet divisivus, diffinitivus, aprobativus, improbativus, exemplorum positivus, narrativus, disgressivus, fictivus, et sic de aliis. In isto libro forma tractandi est metrica (exametra dattilica), quia tali metro composita est. Et
30 modus agendi est hic informativus, approbativus, improbativus et exemplorum positivus, ut diligenter intuenti patet; non est autem divisivus, quia non dividit, nec diffinitivus, quia non utitur diffinitionibus, nec fictivus, quia hic non fingit, et sic de reliquis¹³.

5

10

15

20

25

30

Causa finalis est triplex: propinqua, remota et remotissima¹⁴. Propinqua, idest principalis, ut satisfaceret petitioni Pisonis, qui rogaverat eum ut hunc librum componeret¹⁵; remota, ut complaceret inde Romanis principibus et reliquis Romanis cupientibus instrui in arte poetica; remotissima, ut complaceret omnibus aliis gentibus cupientibus tali scientia informari.

Nunc vero restat ut de libri titulo videamus. Est enim incipit: *Liber Poetrie Oratii Quinti Flacci Venusini*. Dicitur *liber*, quia unus est; dicitur *Poetrie*, quia de poetria in eo tractatur, dicitur *Oratii*, quod est nomen auctoris (ut patet per ante dicta); dicitur *Quinti*, quod est prenomen eius (dicebatur Oratius Quintus); [c. 58r] dicitur *Flacci*, quod est agnomen impositum a flaccidine oculorum, quia lippus erat autor iste¹⁶.

Et ultimo dico quod subponitur iste liber parti philosophie sermocinali, ut ostensum est, quia hic tractatur de poesi, que est scientia sermonis.

2. Expedita prefatione que comuniter in principiis auctorum solet fieri, accedere debemus ad testus expositionem, circa quam primo attendenda est testus divisio. Et primo liber iste dividitur in duas partes principales, quia primo tractat de quibusdam vitiis vitandis a poeta; secundo incipit ponere precepta servanda circa poesim ibi, *summite materiam*, etcetera¹⁷. Prima pars etiam dividitur in duas, quia primo ponit quedam vitia in quibus maxime peccant indocti poete, in secunda ponit quedam alia vitia in quibus etiam docti et boni poete aliquando peccant ibi, *maxima pars vatum*, etcetera.

Circa primam partem est notandum quod autor tangit sex vitia in que sepe incurrunt indocti et mali poete, que sic nominantur: multiplicitas, multiformitas, contrarietas, diversitas, nimia ampliatio, nimia restrictio¹⁸. Que vitia peccant contra inventionem et dispositionem, que sunt partes rhetorice. Est enim inventio «rerum verarum vel verisimilium excogitatio, que causam probabilem reddant», et dispositio est «ordo et distributio», ostendens quid quibus in locis debeat collocari, ut testatur Tullius¹⁹. Circa inventionem peccant multiplicitas, contrarietas et diversitas, ut pate [c. 58v] bit infra. Et circa dispositionem peccant multiformitas, nimia ampliatio et nimia restrictio, ut declarabitur infra.

4 cupientibus *om.* [T.]; 7 est *om.* [T.]; 7-8 quia de poetria *om.* [T.]; 10 agnomen *om.* [T.]; 12 iste liber *om.* [T.]; 29 peccant] peccat

5

10

15

20

25

30

Multiplicitas est quando in uno poemate tractantur a-proposito²⁰ plures materie contrarie seu diverse, quia incidentaliter non esset inconveniens, dummodo non essent impertinentes: ut si poeta tractaret de bello Troiano et de cursibus astrorum a-proposito in eodem poemate, quod est inconveniens, quia poema debet esse simplex simplicitate materie. Et ideo omnes boni poete, quando proponunt, materiam simplicem proponunt: ut Virgilius, qui proposuit virum armatum qui ab oris Troie venit in Italiam, et Lucanus bella plusquam civilia populi Romani, et Ovidius mutationem formarum per nova corpora, et Statius bella duorum fratrum Thebanorum²¹.

Multiformitas est quando in uno poemate tractatur materia alio modo quam sit proposita: ut si Virgilius, qui proposuit virum armatum qui venit ab oris Troie in Italiam, tractavisset etiam de Enea, existente in Troia in felicitate magna, celebrante nuptias Creuse; quod fuisset inconveniens, quia poema debet esse simplex non solum simplicitate materie, sed etiam unum unitate forme. Et etiam si mutaretur in eodem poemate forma tractatus, esset multiformitas: ut si bella incepta versu heroico (dattilico examatro)²² in medio tractarentur eligiaco et in fine iambico, quod esset etiam inconveniens, quia poema debet esse unius forme quo ad tractatum²³. Si quis vero obstaret, ostendendo quod Martianus Felix Capella non fuit uniformis in tractatu et similiter Alanus *De complantu nature*, respondeatur quod bene fuerunt uniformes, quia veritas incepta in principio continuata est usque ad finem poematis, et sic servata est una forma, scilicet varietatis²⁴; vel dicatur quod autor non sic intellexit de unitate forme tractatus, sicut de unitate forme aplicite materie. Et, licet boni et summi poete talem varietatem numquam fecerint, potest tamen tolerari²⁵.

Contrarietas est quando contraria simul iunguntur in arte. Et ista potest esse duplex: videlicet facta inter principales partes materie (scilicet principium, medium et finem), et ista est satis vitiosa et non differt a multiplicitate, imo est species eius; alio modo est quando fit in aliqua predictarum principalium partium, et tunc est vitium tertium appellatum contrarietas, quod fit quando admiscentur res contrarie nature.

Diversitas est quando diversa simul iunguntur in poemate. Et ista potest esse duplex sicut contrarietas, videlicet facta inter principales partes materie, (scilicet principium, medium et finem), et sic non differt a multiplicitate, imo est species

18 ostendendo *om.* [T.]; 18 Martianus] Martialis; 29 admiscentur] admiscetur

5

10

15

20

25

30

eius; alio modo est quando fit in aliqua principalium partium, et tunc est vitium quartum appellatum diversitas, quod fit quando admiscentur res diverse nature²⁶.

5 Nimia ampliatio est quando, stante materie simplicitate et uniformitate, vel incipit a nimis remotis vel proceditur in impertinentia²⁷ ad materiam sumptam per digressionem, etiam si poset esse facilis reditus ad materiam, quia, si gravis vel difficilis esset redd [c. 59v] itus, tunc esset apertissimum et maximum vitium²⁸.

Nimia restrictio est quando materia tantum restringitur, quod non observatur propositum, quia minus dicit quam proposuerit.

10 Et ista sex vitia summuntur sic: omne poema debet esse simplex et unum²⁹, ut dicit autor in textu. Aut ergo peccamus contra simplicitatem materie, aut contra unitatem forme. Si contra simplicitatem materie, aut in principalibus partibus aut in aliqua earum: si in principalibus, tunc est multiplicitas. Si in aliqua, tunc aut adiunguntur ad res contrarie nature aut diverse: si contrarie, tunc est contrarietas; si diverse, tunc est diversitas. Si peccatur contra unitatem forme, aut in principalibus
15 partibus aut in aliqua earum: si in principalibus, tunc est multiformitas. Si in aliqua earum, aut quia nimium ampliatur (et tunc est nimia ampliatio), aut quia nimium restringitur (et tunc est nimia restrictio). Et ista sex vitia tangit autor in testu.

20 Et duo principaliter facit, quia more boni satoris vitia reprendit, secundo dat doctrinam ibi, *denique sit quod vis*, etcetera. Prima dividitur in sex, sicut sex sunt vitia, quia primo reprendit multiplicitatem; secundo multiformitatem ibi, *credite Pisones*, etcetera; tertio contrarietatem ibi, *quidlibet audendi*, etcetera; quarto diversitatem ibi, *inceptis gravibus*, etcetera; quinto nimiam ampliationem ibi, *et fortasse cupressum*, etcetera; sexto nimiam restrictionem ibi, *anfora cepit*, etcetera.

25 **2.1.** Dicit sic in primo *humano*, etcetera. Hic reprendit multiplicitatem, summens similitudinem a pictore, dicens: si pictor velit pingere figuram cuius caput sit virgineum, collum vero equinum, corpus plumosum, ultimo talis figura finiatur in atrum piscem, [c. 60r] vos, Pisones, poteritis tenere risum, cum vocabimini ad
30 videndum talem figuram? Certe non, quia ridiculosa est et non est vera nec verisimilis.

Ars, 1-5

23 sexto] sexta

20-21 *credite Pisones*] *credite Pisones*, et maxime ubi dicit *cuius*

5

10

15

20

25

30

Et hoc est quod dicit: *si pictor* (subaudi “aliquis”) *velit iungere humano capiti*, idest capiti mulieris pulcre, *cervicem equinam*, idest collum equinum, *et inducere varias plumas*, idest diversarum avium pennas, *undique collatis membris*, idest ab omnibus speciebus animalium, idest cuiusque elimenti sumptis membris et
 5 coniunturis, ita quod, sicut sunt animalia distincta in quattuor diversissimas species secundum quattuor elementa, ita sit composita ista figura. Est enim animal igneum, idest celeste, quia ignis est sublime elementum, scilicet homo, et hoc tetigit primo cum dixit *humano capiti*; est animal terenum, et hoc tetigit cum dixit *cervicem equinam*; est animal aereum, et hoc tetigit cum dixit *et varias inducere plumas*; et
 10 est animal aqueum, et hoc tetigit cum dixit *desinat in atrum piscem ut mulier formosa superne*, idest ita quod ista figura, que est a parte superiori, idest a capite, mulier pulcra, *desineat turpiter*, idest finiatur turpi modo, *in a* [c. 60v] *trum piscem*, idest in nigrum piscem.

Et per hoc vult intelligere quod, si quis in poemate suo tractaret primo de celestibus (quod intelligit per *caput* mulieris), postea de terrestribus (quod intelligit per *cervicem equinam*), postea de aereis (quod intelligit per *plumas*), et ultimo de aqueis (quod intelligit per *atrum piscem*), commicteret vitium multipliciter, quia materia talis non posset esse simplex, idest quod materia in principio habeat pulcrum principium, ultimo turpem finem³⁰.

O *amici*, scilicet Pisones, *admissi*, idest recepti, *spectatum*, idest adspiciendum talem picturam, *teneatis risum*, idest tenere poteritis risum? Quasi dicat: non, quia ridiculosa esset talis pictura, et sic a simili essent poemata sic composita, in quibus esset multiplex materia, ut primo tractaretur de celestibus, postea de terrestribus, postea de aereis et ultimo de aquaticis in fine.

2.2. Sequitur altera pars, ubi primo adaptat similitudinem sumptam ad propositum suum. Et postea tangit vitium multiformitatis, dicens: *credite Pisones* (idest Piso cum filiis sive discipulis, quorum amore hunc librum composui), *librum*, scilicet aliquem, *fore persimilem*, idest valde similem³¹, *isti tabule*, idest figure sic
 30 picte (ut dictum est) et in tabula posite, *cuius*, scilicet libri (nunc incipit tangere multiformitatem et adaptat similitudinem ad propositum) *vane species*, idest figure nec vere nec verisimiles ideo vane, *fingentur*, idest componentur, *velut somnia egri*

Ars, 6-9

4 sumptis *om.* [T.]; 7 sublime] sublimis; 8 hoc *om.* [T.]; 8 dixit] dicit; 10 *desinat]* *desineat*; 19 pulcrum principium *om.*

5

10

15

20

25

30

(vana sunt et varia somnia egrorum: qui eger [c. 61r] aliquando fuit expertus est), *ut nec pes nec caput*, idest nec finis nec principium, *reddatur uniforme*: et hic demonstrat quod poema debet esse uniforme et reprehendit multiformitatem.

Ars, 9-13

5 **2.3.** Sequitur contrarietas. Sed primo respondet obiectioni tacite, utens antipophora³², dicens: *semper fuit equa potestas pictoribus atque poetis*, idest semper licuit tam pictoribus quam poetis fingere et pingere quodcumque voluerunt, sed non iungendo contraria, quod, si fit in principalibus partibus, est vitium iam dictum, scilicet multiplicitas, si fit in partibus principalium partium est vitium per se. Et hoc est quod dicit: *scimus nos*, scilicet ego Oratius et alii correptores
10 poematum³³, quod licet, *et hanc veniam*, scilicet licentiam, *petimusque* (pro “etiam”) cum nos scribamus *que* (pro “etiam”) *damus* aliis cum scribunt *vicissim*, idest vicissitudinarie. *Sed non* (subintellige “damus nec petimus hanc veniam”), scilicet *ut inmitia*, idest crudelia, *coeant*, idest coniungantur, *placidis*, idest piis, quia sunt contraria et peccaretur contra simplicitatem; *non* (intellegitur etiam
15 “damus et petimus licentiam”), *ut serpentes gementur avibus*, idest fraudulentis simplicibus coniungantur, quia etiam sunt contraria, *agni tigribus*, idest innocuis nocentibus, quia similiter sunt contraria, et peccaretur contra simplicitatem.

2.4. Sequitur poema de diversitate, quando dicit: *imceptis gravibus*, idest
20 principiis gravibus, *et professis magna*. Hoc dicit quia poete - maxime in exordiis - proponunt de quo [c. 61v] sint tractaturi, et tunc dicuntur promictere interdum, idest aliquando, *assuitur*, idest coniungitur, *unus purpureus pannus qui late splendeat et alter*, idest diversus, qui non late splendeat. Et utitur hic similitudine sutoris facientis indumentum de diversis pannis, ut puta de drappo et taculino³⁴: sicut enim
25 inepte staret tale indumentum de diversis pannis compositum, ita et poema de diversis materis compositum³⁵; quod, si fiat in principalibus partibus, species est multiplicitatis, ut dictum est, et, si fiat in partibus partium (ut autor videtur demonstrare in testu), tunc est vitium per se, quod peccat contra simplicitatem.

Ars, 14-19

 Et similitudinem reducit ad propositum, *cum lucus*, quasi dicat: simile fit a
30 poeta *cum describitur lucus et ara Diane*, quod erit conveniens primordio facto per poetam (et nota quod *sacrificium Diane* fiebat in nemoribus, quia fiebat de sanguine humano³⁶; et ideo, describendo lucum et aram, non errat poeta post grave principium et professum, magna addendo hec magnis et gravibus, quia unum

30 *describitur] describitur*

5

10

15

20

25

30

convenit alii)³⁷; *et ambitus properantis aque per amenos agros* (“describitur” intellegitur), quod non est inconueniens iam dans³⁸; *aut flumen Rhenum* (“describitur” intellegitur), et est nunc impersonale, quia flumen Rhenum est accusativi casus, quia declinatur hic “Rhenus, -ni”³⁹, et est flumen prope
 5 Bononiam seu [c. 62r] flumen ultra Alpes Lonbardie quod dividit Germaniam a Gallia quod dicitur exire de una provincia cum Rodano, de quo credo potius intellesse autorem⁴⁰, quod non est conueniens sacrificio Diane nec principio gravi professo magna; *aut pluve arcus describitur*, scilicet via Iris, que est nuptia Iunonis per quam dicitur descendere in terram, quod adhuc non est conueniens sacrificio Diane nec
 10 principio gravi et professo magna⁴¹. Et ideo subdit autor: *sed nunc non erat hiis locus* supradictis *ambitus aque properantis per amenos agros* flumini Rheno et Iri.

2.5. Sequitur postea de nimia ampliacione, quando dicit: *et fortasse cupressum scis simulare*, idest pingere tu, pictor. Per cupressum intellegitur pira
 15 que fiebat in funere, et sic intelligitur funeralia: cupressus comburebatur in funeribus magnatum, ut propter redolentiam suam cessaret fetor ustrine, unde Lucanus: «Et non prebeios luctus testata cupressus»⁴²; *quid hoc* (subaudi “propter quid hoc est necessarium?”), *si fractis enatat expes navibus, ere dato, qui pingitur?* Id est si pinxisti in tabella tu, pictor, quod naufragus enatat, frattis navibus, dato ere,
 20 idest perditio⁴³, qui pingitur a te (quod est sufficiens ad intentionem tuam et suam), ad quid addis postea funeralia que non sunt nunc necessaria? Ad plenam sufficientiam huius est sciendum quod, ut testatur Persius in sua *Sa* [c. 62v] *tira*, quando aliquis naufragabat, faciebat pingi naufragium in tabella et portabat tabellam depictam ad collum, ut esset demonstratio sui naufragii et propter hec
 25 videntes inducerentur ad dandum sibi elimosinam⁴⁴. Et sic, sumpta similitudine a pictore, Oratius reprehendit poetam, dicens: sicut errat pictor qui, ultra naufragium, depingit funeralia (licet naufragus postea aliquando moriatur, necessario tamen tunc non erat de proposito procedere ulterius et pictor hoc fecit forsitan, quia scit bene pingere funeralia)⁴⁵, sic a simili poeta, qui scit bene fingere aliquam fabulam, addit
 30 eam poemati suo, licet non sit de proposito et pertinens ad suam intentionem, et sic peccat - nimis ampliando - contra uniformitatem.

Ars, 19-21

7 sacrificio *om.*; 11 *ambitus*] *ambitioni* [T.]

22 sufficientiam] intelligentiam

5

10

15

20

25

30

2.6. Sequitur postea de nimia restrictione, quando dicit: *amphora cepit institui*, idest fingi a figulo, *currente rota*, idest velociter versa rota sua super qua fingit, *cur urceus exit?* De institutione amphore, que est magnum vas, cur fit urceus, qui est parvum vas⁴⁶? Hic, sumpta similitudine a figulo, Oratius reprehendit poetam, dicens: sicut erraret figulus qui incepisset super rota sua fingere magnum vas et demum deduceret parvum, sic poeta qui incepit istoriam promissam, aliquando muttillat eam tantum quod non perficit quod promisit, et sic peccat contra uniformitatem, nimis restringendo.

Et ideo concludit doctrinam, postquam fecit poetam cautum circa vitia, dicens: *denique*, idest ad ultimum, *sit* poema *quod vis*, idest quodcumque vis (electio materie [c. 63r] est in potestate poete), *dumtassat*, idest tantummodo sit, *simplex*, simplicitate materie, *et unum*, unitate forme, et sic vitabuntur sex vitia supra dicta.

3. *Maxima pars*, etcetera: in ista parte enumerat autor sex vitia alia in que incurrunt plerumque qui videntur docti et boni poete, non servant bene viam medii, quia, ut dicit idem Oratius, «dum vitant stulti vitia, in contraria currunt»⁴⁷. Que vitia peccant circa elocutionem, que est etiam pars rhetorice: «est enim elocutio idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem adcomodatio»⁴⁸. Ista enim vitia peccant contra stilum, qui est triplex, scilicet sublimis, mediocris et infimus: et Tullius appellat “figuras” et alii appellant “characteras”⁴⁹. Qui stili pertinent ad elocutionem: in sublimi stilo est scribenda tragedia, et in mediocri comedia, et in infimo satira⁵⁰.

Et ista sunt: obscura brevitatis, levis et dissoluta prolixitas, inflata turgiditas, exanguis humilitas, prodigiosa variatio, imperfecti operis conclusio⁵¹. Est primum ibi, *brevis esse*; secundum ibi, *sectantem levia*; tertium ibi, *professus*; quartum ibi, *serpit humi*; quintum ibi, *qui variare*; sextum et ultimum ibi, *Emilium*.

Dicit primo sic: o *pater*, scilicet Piso, o *iuvenes digni patre*, Pisone, idest filii vel discipoli Pisonis, nos *maxima pars vatum*, idest multi de poetis (et, ut liberius possit reprehendere, se immiscet loquendo in prima persona), *decipimur specie recti*, idest apparentia rectitudinis, quia videtur nobis bene agere, *brevis esse laboro*, ego poeta, *obscurus*, [c. 63v] volens vitare prolixitatem, *fio obscurus*, intantum (?) abbrevio quod genero obscuritatem, nesciens tenere viam medii. Et sic

3 est *om.* [T.]; 5 fingere *om.* [T.]; 21 appellant *om.* [T.]

5

10

15

20

25

30

reprehendit vitium obscure brevitatis, quod vitium fit aliquando in sublimi stilo sive mediocri⁵².

5 *Sectantem levia*, idest aliquem poetam volentem vitare obscuritatem, *nervi*, idest coniunctiones partium poematis et contextus orationum, *deficiunt*, idest destituunt, *animique*, idest sententie vivaces. Et sic reprehendit levem et dissolutam prolixitatem que etiam aliquando fit in infimo stilo seu mediocri⁵³.

10 *Professus grandia turget*, idest aliquis poeta audax, complectens nimis alta et humano ingenio incomprehensibilia, *superbus et inflatus turget*, idest conflatis velis incedit per alta. Et sic reprehendit inflatam turgiditatem que contingit in sublimi stilo plerunque⁵⁴.

15 *Serpit humi*, idest in humo (et ponitur adverbialiter, idest “subit humum”), *tutus nimium*, idest volens incedere nimium tutus (et ponitur copulative post illud verbum “serpit”), *timidusque procelle*, idest qui timet tempestatem, et ponitur pro subposito illius verbi “serpit”, ut dicatur sic: *que* (pro “et”) *timidus procelle serpit humi nimium tutus*. Potest etiam apponi illi adiectivo “timidus procelle”, dicendo sic: *que* (pro “et”) *timidus procelle, nimium tutus*, idest volens esse nimium tutus, *serpit humi*⁵⁵. Et summitur hic similitudo a navigantibus, quia sicut audaces secant alta maria velis conflatis et pretimi [c. 64r] di procelle, volentes esse nimium tuti, subeunt humum, ita poete presumptuosi incurrunt inflatam turgiditatem, et timidi incurrunt exanguem humilitatem, que etiam fit in infimo stilo seu mediocri⁵⁶. Que vitia reprehenduntur hic.

25 Sequitur: *qui variare cupit rem prodigialiter unam*, idest aliquis poeta, volens facere prodigiosam variationem, *appingit delphinum silvis*, idest pingendo apponit delphinum, qui debet esse mari, prodigiose in silvis, *fluctibus aprum*, idest undationibus maris, qui debet esse in silvis. Et sic, volens vitare identitatem, incurrit variationem prodigiosam que est contra naturam, et ideo dicitur “prodigialiter”, idest “contra naturam”⁵⁷. Et, volens vitare variationem prodigiosam, incurrit vitium identitatis. De quo vitio autor non dicit, quia satis patens est per idem quod subit (*in vitium ducit*, etcetera, et sic incurrit vitium), et quia hoc potest fieri dupliciter, scilicet artificialiter et inartificialiter. Et artificialiter debet fieri quando talis narratio habet verisimilitudinem, ut patet per Ovidium *Metamorphoseos* primo, qui, fingens deluvium tempore Deucaleonis operuisse terram, dicit: «hic summa pisces

5

10

15

20

25

30

deprehendit in ulmo; / figitur in viridi, si fors tulit, ancora prato, / aut subiecta terunt
 curve vineta carine, / et, modo quo graciles gramen carpsere capelle, / nunc ibi
 deformes ponunt sua corpora phoce»⁵⁸, et ultra: «delphines in altis incursant ramis
 agitataque robora pulsant, / nat lupus inter oves fulvos vehit unda leones», etcetera:
 5 ecce quod hic artificialiter ostendit mutationem contra naturam. [c. 64v] Inartificialiter
 fit quando non habet verisimilitudinem, ut puta si inducatur sine causa, et summit
 autor similitudinem a pictore, quia male faceret pictor, si pingeret aprum in
 fluctibus et delphinum in silvis. Et sic poeta, fingens aquatica in terra et terrestria in
 aquis, volens vitare idemtitatem, variat contra naturam poema suum et peccat in
 10 inventionem, que est prima pars rhetorice, quia poeta debet invenire vera vel
 verisimilia.

Et quia predicta quinque vitia inducuntur ab eo qui nescit tenere viam medii
 et sequi institutam artis, ideo subiungit: *fuga culpe ducitur in vitium* poeta, *si caret*
arte, idest si fit sine institutis artis, quia, volens vitare prolixitatem, si nescit tenere
 15 viam medii doctam ab arte, parit obscuritatem. Et volens vitare brevitatem, parit
 vagam dissolutionem, si nescit tenere viam medii institutam ab arte; et sic peccatur
 in eloquutione, que est secunda pars rhetorice. Et sic, volens vitare sublimem stilum,
 interdum subit infimum, et, volens vitare stilum infimum, ascendit ad sublimem; et
 sic peccat in elocutionem, que est secunda pars rhetorice, dummodo nesciat sequi
 20 mediocrem stilum institutum ab arte, qui erit tunc conveniens materie sue. Similiter,
 volens vitare idemtitatem, incurret variationem prodigiosam contra naturam, et,
 volens vitare variationem contra naturam, incurret idemtitatem, si nescit
 institutis artis tenere viam medii, ut dictum est, et sic peccat in elocutione.

Ultimo reprehendit incepti operis imperfectionem, cum dicit: *faber unus*,
 25 idest aliquis, vel *imus*, idest vilis⁵⁹, *exprimet*, ere sculpsit vel ducet, *Emilium*, idest
 illum gladiatorem (Emilius fuit quidam gladiator) *circa Ludum*, idest in illo actu in
 quo apparebat quando gladiabatur⁶⁰, *et exprimet ungues*, idest apparere faciet in ere,
et imitabitur molles capillos, idest flexibiles, *ere*, idest in ere, *infelix operis* (subaudi
 “erit iste faber” vel “existens” *infelix operis*), *quia nesciet ponere totum*, scilicet
 30 opus, *summa*, idest in perfectionem. Nunc rediit ad propositum: *ego*, scilicet
 Oratius, *non magis velim me esse hunc*, scilicet talem fabrum qui nesciat componere
 (opus perficere), *si quid*, idest si aliquid, *curam componere*, idest si aliquid poema

1-2 aut subiecta terunt curve vineta carine] *om.*; 18 sublimem] sublimum; 19 secunda] tertia; 22
 incurret] incurrit

5

10

15

20

25

30

velim facere, *quam spectandum me*, idest respiciendum, *nigris oculis nigroque capillo*, que sunt ad decorem, *vivere* (subaudi “velim”) *naso pravo*, quod spectat ad turpitudinem faciei.

5 Et loquitur hic metaforice, idest transuntive⁶¹, transumendo fabrum ad poetam et fabricationem ad poesim et statuam ad poema per colorem⁶² qui dicitur permutatio⁶³. Et etiam in reductione ad se utitur simili colore, ostendens quod, sicut turpe est habere [c. 65v] nasum pravum et turpem (licet cetera faciei sint pulcra), sic turpe est poete facere poema pulcrum in partibus suis et non deducere ad perfectionem et concludere. Et si obiciatur hic de Virgilio, Lucano, respondeatur
10 quod uterque, licet non completeret intentionem suam, morte preveniente, tamen asolvit promissum in eo quod dixit, ut patere potest intuentibus.

4. *Summite*, etcetera: hic autor, reprehensis quibusdam vitiis turpioribus supra nominatis, incipit tradere doctrinam circa agenda vaticibus et poetis; et hec pars
15 preceptorum principaliter dividitur in duas, quia primo docet ea que pertinent ad artem intrinsecus, secundo que pertinent extrinsecus ibi, *difficile est proprie*, etcetera.

Prima dividitur in quattuor, sicut de quatuor partibus rhetorice⁶⁴; tangit illa que constituta in mente poete sunt exemplar eorum que perducuntur ad extra, quia
20 primo tractat de inventione; secundo de dispositione ibi, *ordinis hec virtus*; tertio de elocutione ibi, *res geste*, etcetera; quarto de pronuntiatione ibi, *Telophus et Peleus*, etcetera.

4.1. Prima dividitur in duas, quia primo dat preceptum de inventione materie, secundo ostendit utilitatem observationis istius precepti ibi, *cui lecta*.
25

Dico quod primo autor tractat de inventione materie et modicum dicit de ea, quoniam est potius res naturalis quam accidentalis. Est enim inventio, ut dicit Tullius, [c. 66f] «rerum verarum aut verisimilium excogitatio que causam probabilem reddant»⁶⁵; de hac enim loquens, autor dat cautelam poete, ut inveniatur materiam
30 respondentem suo ingenio et non superantem ingenium suum, et sic potius docet hic eligere quam invenire. De inventione tractavit Tullius in *Rhetorica veteri*, ubi tractat maxime de locis, docendo invenire⁶⁶. Dicit ergo sic: vos *qui scribitis summite materiam equam vestris viribus*, idest vos autores, qui vultis fingere, eligite

3 faciei] facie; 9 hic *om.* [T.]

5

10

15

20

25

30

materiam equam possibilem, *et versate diu*, idest cogitate et revolvite in animo vestro, *quid valeant ferre humeri et quid recusent ferre*. Enim (intellegitur) trahit similitudinem a portatore, quia, sicut debet adtentare onus quod subeat, ne subcumbat, ita debet facere autor ne postea cogatur dimictere opus inceptum, non
5 valens deducere ad perfectionem.

Ostendit postea utilitatem que inde provenit, dicens: *cui*, idest a quo res, idest materia, *erit lecta*, idest electa, *potenter*, idest secundum suam possibilitatem ingenii et non excedentem, *nec facundia*, idest eloquentia, *nec lucidus ordo*, qui spectat ad dispositionem, *deserit hunc*, scilicet poetam qui sic elegerit, ut supra
10 dictum est.

4.2. Ordinis, etcetera: hic tractat autor de dispositione, que est secunda pars rhetorice, quia dispositio est «ordo et dis [c. 66v] probatio», demonstrans quid quibus in locis debeat collocari⁶⁷. Et facit duo, quia primo tractat de ordine materie,
15 secundo de ordine verborum ibi, *promissi*, etcetera.

Ars, 42-72

4.2.1. Tractat ergo primo autor de duplici ordine quo utuntur poete in narrationibus suis, scilicet naturali et artificiali: naturalis est quando eodem ordine narratur res quo fuit, ut quid primo fuit primo narratur, et quid in medio narratur in
20 medio, et quid in fine in fine; artificialis est quando talis modus naturalis mutatur et quid fuit in medio narratur in principio, et principium in medio, et finis in principio vel medio, et principium vel medium in fine⁶⁸. Quo ordine fuit usus Virgilius in *Eneide*, ponens principium in medio et medium in principio: nam incipit a navigatione Enee in Italiam et postea narravit distrutionem Troie⁶⁹.

Dicit ergo sic: *hec virtus erit et Venus ordinis*, idest hec efficacia et pulcritudo ordinis, qui pertinet ad dispositionem, que est secunda pars rhetorice, scilicet ut poeta non semper in sua narratione utatur ordine naturali nec semper artificiali, sed aliquando uno et aliquando alio; et ideo subdit: *ut iam nunc dicat*, idest presentialiter, *debentia dici iam nunc*, idest presentialiter (et per hoc
25 intellegitur ordinem naturalem debere aliquando servari), *pleraque*, [c. 67r] idest multa, *differat*, ad alium locum quam ad suum debitum secundum naturam, *et omictat in presens tempus*, idest dimictat per presens tempus in presenti (et per hoc intellegitur ordinem artificialem aliquando debere servari).
30

Ars, 42-45

3 adtentare] antentare; 7 suam] sua; 22 Virgilius] Virgillii; 27 poeta] pucta

5

10

15

20

25

30

Hoc amet, scilicet ordinem artificialem, *hoc spernat*, scilicet ordinem artificialem, quia non semper tenendus est. Eadem sententia erit demonstrando⁷⁰ naturalem in ambabus orationibus, sed, capiendo unum demonstratum pro ordine naturali et alterum pro artificiali, tunc fuisset sententia auctoris quod tantum unum deberet imitari poeta, sive naturalem sive artificialem (quod non credo fuisse de intentione Oratii, scilicet quod vellet unum ordinem tantum inducere et alterum excludere).

4.2.2. *Promissi*, etcetera: hic autor tractat de ordine verborum et duo principaliter facit, quia primo breviter docet quomodo debeant ordinari verba in poemate, secundo quomodo verba nova debeant inveniri vel vetera innovari ibi, *dixeris egregie*. Dicit primo quod poeta etiam debet esse subtilis et cautus in ordinando construtibilia in constructione, ut caute et subtiliter importent sententiam quam debent importare; et hoc generale preceptum potest extendi etiam ad duplicem ordinem, naturalem et accidentalem⁷¹. Ordo naturalis est quando construtibilia ita ordinantur ut construuntur, ita quod subpositum⁷² ponatur ante verbum et verbum iusta subpositum et appositum⁷³ post verbum et dictio terminans⁷⁴ iusta de [c. 67v] pendentem, et sic de orationibus; artificialis est quando talis ordo mutatur, ut oratio veniat ornata.

Et ideo dicit: *autor promissi carminis*, idest qui proposuit suum poema, *etiam* (“sit” intelligitur) *tenuis*, idest subtilis in ordinando artificialiter, ut inereat laudem, *que* (pro “et”) *cautus*, ut vitet culpam in ordinando naturaliter, *in verbis serendis*, idest in construtibilibus ordinandis: idest sit subtilis in ordinando artificialiter secundum precepta rhetorice (ut commendetur de sutilitate ingenii), et sit cautus in ordinando naturaliter secundum precepta gramatice, ut non possit inculpari de incongruitate vel disproportione. Potest etiam construi ista pars cum verbo supra posito (scilicet quod “dicat”), ita quod “autor” sit subpositum verbi “dicat” et sequentium⁷⁵, dicendo: *ut autor promissi carminis etiam tenuis que* (pro “et”) *cautus in verbis serendis dicat iam nunc debentia dici, iam nunc pleraque differat, omittat in presens tempus, hoc amet, hoc spernat*.

14 ad] a ; 25 naturaliter om. [T.]; 29 *pleraque*] *prelaque*

11 verba] vocabula

5

10

15

20

25

30

Dixeris egregie, etcetera: hic incidentaliter tractat de inventione novorum vocabulorum et de innovatione veterum, ostendendo quod ad pulcritudinem poematis spectant, ut vocabula nova et trasumpta⁷⁶ interdum ponantur, que etiam gravitatem inducunt. Et duo principaliter facit, quia primo facit quod dictum est, secundo ostendit per simile hoc posse fieri ibi, *ut silve*, etcetera. Prima dividitur in duas, quia primo tractat de inventione veterum vocabulorum per impositionem nove significationis, que fit [c. 68f] per transumptionem, que est color rhectoricus⁷⁷; secundo de inventione nove vocis ibi, *si forte necesse est*.

Ars, 47-59

Dicit primo: *dixeris egregie*, idest extra comunem modum loquendi (“tu autor” intellegitur), *si callida iuntura*, idest construtio dictionum callide et sapienter facta, *reddiderit verbum notum*, idest vocabulum manifestum ex usu sue significationis, *novum*, idest in nova significatione positum, quod fit secundum quod sociatur in construtione; et hoc potest fieri in nomine substantivo et adiectivo⁷⁸, in verbo, ut plene docet Gualfedrus in *Poetria Novella*, ubi tractat de transuptionibus ut “pratum ridet”: modo significatio huius verbi “ridet” innovata est, quia proprium hominis est ridere et hic ponit pro “florete”⁷⁹.

Docet postea invenire novam vocem, cum dicit: *si forte necesse est*, autori, *mostrare abdita rerum*, idest secreta significata importantia et significantia res, *inditiis recentibus*, idest novis vocibus, quia vox est inditium significati. *Si forte est necesse* - quia hoc debet plerumque fieri quia laboriosum est et etiam talis licentia raro conceditur, ideo debet capi quando autor non potest aliud facere - *continget*, idest licebit autori, *fingeri non exaudita*, idest componere vocabula non audita (ponitur compositum pro simplici), *cintutis Cethegis*, idest cinctis (est enim ibi epenthesis⁸⁰, quia ponitur in medio ista sillaba “tu”): Cethegi fuerunt nobiles Romani, et, quia erat consuetudo apud eos cinture (cuius forsitan apud alios tempore Oratii non erat consuetudo), ideo appellabantur [c. 68v] “cinti Cetegi”, et quia erant reprehensores talium vocabulorum de novo inventorum, ideo dicit autor quod *continget fingeri non exaudita* ab illis (et in hoc Oratius deridet illos Cetegos et reprendit, qui talia reprehendebant)⁸¹, *dabitur licentia sumpta pudenter*, idest concedetur illis licentia - dummodo pudice capiatur - ut non nimis sepe nec ex proprio albitrio.

Potest etiam aliter construi testus traditus (?), quia aliqui libri iuxta genitivum “rerum” habent “et”, et tunc debet capi sic construtus⁸²: *et si forte*

1 tractat om. [T.]; 5 hoc om. [T.]; 24 nobiles] nobili

5

10

15

20

25

30

necesse est monstrare abdita rerum recentibus indiciis et fingere non exaudita cintutis Cethegis, idest que non exaudiantur a cintis Cetegis quia ipsi reprehenderent, *continget*, idest in partem eveniet licentia poete, *et dabitur licentia sumpta pudenter*, idest cum pudore, *et nova fictaque nuper verba*, idest vocabula de novo inventa, *habebunt fidem*, quia dabitur eis fides, *si Greco fonte cadant*, idest si a Grecis vocabulis deriventur, *parce detorta*, idest moderate derivata⁸³, ut a “ipos” (qui est equus) et “aliptes” (medicus) “ipoliptes” (maliscalcus, medicus equorum)⁸⁴.

Hoc quod sequitur dicitur contra Cethegos talium repressores. *Autem* (pro “sed”) *quid*, idest cur, *Romanus*, scilicet populus, *dabit*, idest dederit, idest concesserit in preterito tempore, *Cecilio que* (pro “et”) *Plauto*, qui fuerunt antiqui poete, *ademptum*, idest ablatum in presenti, *Virgilio que* (pro “et”) *Varo*? Qui fuerunt poete temporis Oratii: Cecilius et Plautus fuerunt [c. 69r] comici, quia finxerunt conmedias, Virgilius tragedus⁸⁵, Vari opera non reperiuntur moderno tempore. Item sequitur: *ego cur invidior*, idest propter invidiam prohibeor, *si possum, aquirere pauca* (suple “vocabula”) *cum lingua Catonis et Enni ditaverit sermonem patrium*, idest latinum abundantem fecerit vocabulis (Ennius fuit poeta antiquus apud Romanos, cuius opera usque in tempore Oratii consumpta erant, Catonis vero opera ad nos non descenderunt)⁸⁶, *et nova rerum nomina protulerit*, idest nova vocabula ipsa lingua Catonis et Enni? *Licuit semperque licebit producere nomen signatum presente nota*, idest manifesta significatione, et a preteritis arguit ad futura.

Ut silve, etcetera: hic autor, ad approbandum quod dictum est supra de inventione nove significationis et nove vocis, adducit similitudinem mutationis frondium in silvis, dicens: *ut silve mutantur foliis in pronos annos*, idest per pronos, idest descendentes annos, *prima*, scilicet folia, *cadunt* defluentia propter vetustatem, *ita vetus etas verborum*, idest vocabulorum, *interit*, idest moritur et deficit, *et nata modo*, scilicet in presenti inventa vocabula, *florent que* (que pro “et”) *vigent ritu iuvenum*⁸⁷.

Et hoc confirmat consuetudine, dicens: *debemur morti*, idest obligati sumus, *nos*, scilicet homines, *nostraque*, scilicet opera et inventa. Consuetum est et necesse omnes homines mori et nostra opera mundana aboleri vetustate temporis et hoc

20 a] ad; 26 *etas om.* [T.]

28 *ritu iuvenum*] *ritu iuvenum*, idest more iuvenum

5

10

15

20

25

30

ostendit per tria notabilia opera facta a Romanis, quorum memoria iam suo tempore [c. 69v] Oratii celebris erat.

5 Quasi dicat: *sive Neptunus*, idest Mare, *receptum terra*, idest a terra, *arcet clases Aquilonibus*, idest removet clases ab Aquilonibus (quod fuit opus humanum debetur morti, quoniam adhuc erit tempus in quo nulla erit memoria eius): hic loquitur de fabricatione portus Romani⁸⁸, qui fuit factus violenter, rubustum sumptuose⁸⁹, *regis opus*, appositive⁹⁰ venit, idest quod fuit opus regis qui fecit ipsum portum construi⁹¹. *Que* (pro “et”) *palus diu sterilis*, quia non serebatur in ea, *que* (pro “et”) *apta remis*, quia erat navigabilis, *alit nunc vicinas urbes* ipsi paludi (quia desiccata est et seritur), et ideo dicit *et grave sentit aratrum*, quia aratur: de palude extinte in Campania loquitur, quam fecit desiccari imperator Romanus et habuit in dono territorium a populo Romano⁹² (quod fuit etiam opus humanum debetur morti, quoniam erit adhuc tempus, quod ipsius non erit memoria). *Seu amnis*, idest Tiberis, *mutavit cursum inimicum frugibus*, idest noxium frugibus et
 10 messibus propter alluviones, *doctius adiectatur melius iter*, melius quam primo haberet, quia fuit directus per alium alveum, ut citius defflueret. *Mortalia facta peribunt*: arguit a maiori⁹³, *nedum sermonum stet honos et gratia vivax*, quoniam, si facta pereunt, multo magis peribunt verba. Unde concludit: *multa vocabula renascentur*, idest in usu iterum venient, *que iam cecidere cadentque multa que nunc sunt in honore*, idest dimictentur multa, que nunc sunt in frequenti usu, *si volet usus*, idest assiduitas, crebra locutio, *penes quem*, scilicet usum, *est* [c. 70r] *arbitrium*, idest discretio vel iudicium, *et ius*, idest potestas vel autoritas, *et norma loquendi*, idest modus sive regula⁹⁴.

25 **4.3. Res geste.** Ista est tertia⁹⁵ pars in qua autor tractat de elocutione. Et dividitur ista pars in duas, quia primo tractat de variis speciebus metrorum quibus queque propria materia debent describi, secundo tradit modum per quem aliquando variantur stili, idest modi dicendi ibi, *versibus exponi*, etcetera. Ars, 73-92

4 clases] calses; 10 *aratrum*] *aratum*; 11 imperator *om.*; 12 in *om.*; 15 *melius om.*; 17-18 si facta *om.* [T.]; 25 tertia] quarta; 27 tradit *om.* [T.]

19 *cecidere*] *cecidere* ab usu

5

10

15

20

25

30

4.3.1. Prima dividitur in duas, quia primo ponit ipsa species metrorum, secundo ostendit utilitatem observationis talis differentie ibi, *descriptas servare*, etcetera.

5 Sed prima dividitur in quattuor, secundum quod quattuor genera metrorum ponit, scilicet heroicum, elegiacum, iambicum et lyricum: primo tractat de heroico, secundo de elegiaco ibi, *versibus impariter*, tertio de iambico ibi, *Arcilocum proprio*, quarto de lirico ibi, *Musa dedit*.

Ars, 73-85

10 Dicit primo quod carmine heroico sunt describenda facta regum, ducum, principum et aliarum inlustrium personarum, exemplo Homeri, Virgili et Lucani, qui tali carmine sua carmina finxerunt: est enim carmen heroicum examatrum datilicum, ut patet in predictis autoribus. Et ideo bene dicit *Homerus monstravit*, qui
15 Homerus fuit summus poetarum apud Grecos, *quo numero*, idest quo versu, *possent scribi* (a poeta) *res geste que* (pro “et”) *ducum et tristia bella*: proprium adiectivum bellorum est “tristia”, quia dant tristitiam et per hoc ostendit quod tam acta in bello quam in pace a viris possunt scribi versu heroico, quo scripsit Homerus.

Versibus impariter: hic ostendit quod metro elegiaco est describenda materia querulosa, materia amoris, [c. 70v] sed tractum est hoc genus ad alias multas materias⁹⁶. Dicit sic: *querimonia*, idest materia querulosa, est *primum*, idest in principio inventionis artis poetice, inclusa *versibus iunctis impariter*, idest datilico
20 examatro et pentramatro (et bene sunt impares, quia primus semper est sex pedum, secundus quinque et secundus est terminativus constructionis prioris, ut patet in principio constructionis Boetii *Philosophice consolationis*); *post etiam inclusa est* (talibus versibus) *sententia compos voti*, idest sententia amoris: votum est desiderium et desiderium est amor, quia quod amatur desideratur, et ideo
25 intellegitur “compos voti”, idest potens amoris, quia sententia amoris etiam tali carmine describitur, ut patet in Ovidio in suis pluribus poematibus. *Quis tamen exiguos*, etcetera: hic ostendit esse in dubio de repertore talis carminis, dicens *gramatici certant*, idest dubitant certando et disputando, *quis autor emiserit tamen exiguos elegos*, idest primus invenerit pentramatros, qui exigui sunt respectu
30 examatrorum (et dicit “elegos”, idest versus miserie, ab “elegos”, quod est miseria

2 ostendit *om.* [T.]; 26 describitur] describi

10 carmina] poemata

5

10

15

20

25

30

vel castigatio, inde “elegus, -ga, -um”, vel substantive, ut hic “elegus, -gi”, idest versus miserie), *et adhuc lis est sub iudice*, quia nondum determinata est.

Archilocum: hic autor tractat de tertia specie, scilicet de carmine iambico. Et est carmen iambicum quod constat ex quattuor pedibus iambicis vel ex sex; fuit enim augmentatum et recipit spondeos in locis imparibus. Huius carminis fuit inventor Archilocus, poeta Grecus, gener Licambes, quia disponsorat⁹⁷ ei filiam suam Neobilem, sed postea alteri viro tradidit; unde Archilocus, indignatus, carmen iambicum [c. 71r] scripsit contra Licambem et filiam tante diffamationis quod eos cogit vitam suspendio finire. Tali carmine solebant scribi invective seu reprehensiones, sed postea et comedie et tragedie tali carmine scripte sunt. Unde dicit: *rabies armavit Anthilocum*, illum poetam qui furore motus fuit, *proprio iambo*, quia repertor fuit talis carminis ipse primo, et non alius. *Socci*, idest commedi, *que* (pro “et”) *grandes coturni*, idest tragedi, *cepere hunc pedem*, idest iambum (soccus est calceamentum quo utebantur commedi in suis recitationibus et ideo ponitur pro “commedis”, et coturnus similiter calceamentum quo utebantur tragedi et ideo ponitur pro “tragedis”),⁹⁸ *aptum alternis sermonibus*, idest mutuis, quales sunt sermones comediarum et tregediarum ubi introducuntur persone mutuo loquentes⁹⁹, *et vincentem populares strepitus*, quia altiori voce proferri potest quam alia carmina, et sic intelligi potest non obstante strepitu vulgi, *et natum rebus agendis*, idest aptum rebus reputandis in scenis per personas inductas et larvatas¹⁰⁰.

Musa dedit, etcetera: hic agit autor de quarta specie, scilicet de carmine lirico; et carmen lyricum est illud quo Oratius utitur in *Odis*, ut «Mecenas atavis edite regibus»¹⁰¹, etcetera, et dicit “lyricum”, quia cum lira decantari potest. Et tali carmine solent describi laudes divorum et puerorum et cure iuvenum et potationes et convivium et victorie pugilum et cursus equorum et ludorum discriptiones. Unde dicit: *Musa*, idest Poe [c. 71 v] sis (utens Musis), *dedit fidibus*, idest carminibus lyricis que fidibus decantari possunt¹⁰², *referre*, idest dicere, *divos*, mortales factos deos¹⁰³, *puerosque deorum*, idest illicitos amores deorum¹⁰⁴, *et pugilem victorem*, idest in duello victorias pugilum, *et equum certamine primum*, idest equum primum in cursu¹⁰⁵, *et iuvenum curas*, idest sollicitudines iuvenum (et que sint patet per Oratium infra, *imberbis iuvenis*, etcetera)¹⁰⁶, *et libera vina*, idest potationes aperte factas, que antiquitus solebant fieri occulte¹⁰⁷, et convivium.

9 carmine] crimine; 10 carmine] crimine; 20 larvatas] lauratas

5

10

15

20

25

30

5 *Descriptas*, etcetera. Hic tangit autor utilitatem observationis huius
 differentie antipporizando, idest respondendo tacite obiectioni que posset fieri,
 quia posset aliquis dicere: «Ego non possum servare istas differentias et ignoro». Cui
 respondet autor: «Si tu non potes et ignoras, non velis vocari poeta». Et hoc est
 10 quod dicit per modum interrogationis: *si ego* - scilicet Oratius loquitur in persona
 sua, ut liberius possit loqui et reprehendere sic dicentes - *nequeo ignoroque servare
 descriptas vices*, idest vicissitudines, species et differentias supra dictas, *operumque
 colores*, idest ista genera metrorum que sunt sicut colores convenientes materis
 describendis¹⁰⁸, *cur salutor poeta*, idest vocor poeta in salutationibus, ut, puta,
 10 «Salve poeta»? Reprendit etiam dimitentes discere propter verecundiam, dicens: *cur
 ego prave pudens* (dicit sic quia prava verecundia est verecundari discere), *malo
 nescire quam discere?*, quoniam melius est discere.

15 **4.3.2.** Et quia supra dixit istas species metrorum convenire quamque sue
 materie et posuit partem preceptivam, et dixit quod iambicum metrum acceptum
 erat a tra [c. 72r] gedis et comedis, docet nunc quod - licet genus metri sit idem - non
 debet esse stilus idem, quia tragedia requirit sublimem stilum et commedia
 mediocrem. Et ideo subiungit nunc partem prohibitivam, dicens: *res comica*, idest
 20 materia comedie, *non vult exponi versibus tragicis*, idest versibus factis in sublimi
 stilo, qui conveniunt tragedie, licet iambicis versibus exponatur sicut tragedia. *Item
 cena Tieste* (“debens” intelligitur) *narrari dignis carminibus*, idest factis in sublimi
 stilo, *indignatur privatis*, scilicet carminibus, *ac* (pro “et”) *prope*, idest propinas (?),
socco, idest stilo comico: soccus enim calciamentum comicorum - ut fuit dictum
 supra - et ponitur nunc pro stilo comedie. Ad notitiam eius, quod dicit “cenam
 25 Tieste”, est notanda Atrai et Tieste fabula, in qua continetur quod Atrai dedit in
 cena ad comedendum Tiesti proprios filios, ut patet in tragedia secunda Senecae¹⁰⁹.

30 Concludit cum dicit *singula*: quasi dicat “ex quo”, sic est quod queque
 species poematum convenit sue materie et species conveniens tragedie non debet
 dari comedie (secundum stilum intellegitur, non secundum genus metri, quia
 eodem genere metri posset describi tragedia et comedia). *Singula*, scilicet poemata,
teneant locum, scilicet suum sibi convenientem, *sortita*, idest divisa, *queque*, idest
 omnia, *decenter*, idest convenienter, idest secundum convenientiam materie: ut

18 prohibitivam] prohibitam

5

10

15

20

25

30

habeat queque materia stilum sibi convenientem - licet genus metri sit idem - non tamen stilus debet in diversis esse idem¹¹⁰.

Interdum tamen: postquam autor ostendit supra quod queque materia habet suum genus metri quo describi [c. 72v] debet et ille materie que diverse sunt - licet possint habere idem genus metri - diversificantur tamen in stilo, idest in modo dicendi, dat nunc doctrinam quod interdum tragica admiscentur comedie et comica tragedie, tamen semper cum differentia (ut dicitur infra, ubi dicitur *silvis deducti*, etcetera).

Ars, 93-98

Et circa istam partem duo facit principaliter, quia primo quod dictum est, secundo docet poetam formare poema secundum precepta pronuntiationis ibi, *non satis est*, etcetera. Illa prima dividitur etiam in duas, quia primo ostendit quomodo tragica admiscentur comedie, secundo quomodo comica admiscentur tragedie ibi, *et tragicus*, etcetera¹¹¹.

Dicit ergo primo sic: *interdum*, idest aliquando, *tamen* (pro “sed”) *et comedia*, que debet esse in mediocri stilo, si de mediocribus tractatur, et infimo, si de vilibus tractatur, *tollit vocem*, idest extollit et sublimat vocem, idest modum dicendi altius quam conveniat stricte stilo suo; et ponit exemplum Terentii, qui in comedia sua inducit Cremetem, patrem Pamphili, iratum clamantem contra servum et loquentem altius quam conveniat proprie comedie¹¹², unde dicit: *que* (pro “et”) *Cremes iratus delitigat*, idest contendit cum servo, *tumido ore*, idest superbo sermone.

Et tragicus. Hic ostendit quomodo comica admiscetur tragedie, dicens: *et tragicus*, idest poeta fingens tragedias, *plerumque dolet sermone pedestri*, idest humili conveniente comedie, et subdit exemplum Telephi et Pelei. Circa quod sciendum est quod Telephus fuit rex Misorum, amicus Troianorum, qui, volens impedire Achilem venientem per terram suam quando ibat in auxilium Grecorum, fuit vulneratus ab eo; quo vulnere non poterat liberari, quia lancea Achillis dabat vulnus in [c. 72f] sanabile, nisi iterum eadem in eodem vulnere reponeretur. Et sic habuit responsum ab oraculo, unde ipse ivit ad Achilem et humilis et, depositis regalibus, supplicuit ei ut iterum reponeret lanceam suam in vulnere; quo facto, sanatus est¹¹³. Peleus vero fuit rex Pharsalie, pater Achillis, qui, pulsus de regno, ivit ad Adrastum regem, qui recepit eundem pauperem et humilem in regno suo, et sic Peleus rogavit Adarasum auxilium cum humilitate et subiectione¹¹⁴.

4 sunt *om.* [T.]; 19 proprie *om.* [T.]; 25 sciendum] sicendum; 25 Misorum] Nisorum

5

10

15

20

25

30

Unde vult dicere modo autor: poeta qui in sua tragedia induceret (seu qui induxit) istos ad loquendum, in tali casu iam non induceret (seu induxerit) istos loquentes cum verbis altis, seu convenientibus tragedie, sed cum verbis humilibus convenientibus comedie, licet aliquantulum differentibus. Unde dicit: *Telephus*,
 5 idest ille rex Misorum, *et Peleus*, idest ille rex Pharsalie, *cum uterque* (subaudi “esset”) *pauper et exul proicit ampullas*, idest verba ampullosa, idest alta et superba, *et sexcupedalia verba*, idest verba perfecta, idest totum pedem habentia¹¹⁵
 (quia humiliter et timorose induxit eos loquentes ille poeta qui induxit eos in suo poemate, vel deberet inducere, si quis de his componeret tragediam);
 10 “sexquipedalis” descendit a “sexquipes”: “sexqui”, idest totum, et “pes, -is”, inde “sexquipedalis”, idest continens mensuram totius pedis, et transumptive “sexquipedalia”, idest dilatata pompatica et magnifica (intelligitur)¹¹⁶; *sicut erat cor spectantis*, idest audientis, *tetigisse querela* sua, ut inclinetur ad faciendum quod postulat.

15

4.4. *Non satis*: nunc autem tractat de his que requiruntur in poemate ad pronuntiationem pertinentibus, que est una de quinque partibus Rhetorice. «Est enim pronuntiatio vocis, vultus, ge [c. 73v] stus moderatio cum venustate»¹¹⁷, ad quam requiruntur verba conrespondentia qualitati materie, ut super his possit formari vox,
 20 vultus et gestus, cum pronutiabuntur (ut requirit qualitas materie), imo inducant recitatore[m] ad sic pronuntiandum propter suam aptitudinem et dispositionem; et de tali aptitudine et dispositione tractatur hic non minus quam de ipsa pronuntiatione.

Ars, 99-127

Et duo principaliter facit, quia primo docet autor poetam formare pronuptiationem seu verba apta ad pronuntiationem secundum varietates adfectuum, secundo secundum varietates personarum, et est secunda ibi, *intererit multum*.

25

4.4.1. Prima etiam dividitur in quattuor, quia primo dat doctrinam generalem, qualia esse debent verba apta pronuntiationi; secundo ostendit differentias affetuum esse servandas ibi, *tristia mestum*; in tertia parte docet

Ars, 99-113

30

5 Misorum] Nisorum; 18 gestus] gustus; 23 formare *om.* [T.]; 24 apta] aptas

5

10

15

20

25

30

auxilium quod habemus ad hoc a natura ibi, *format enim*; in quarta parte ostendit
nocumentum quod insequitur poeta si differentias non servat ibi, *si dicentis erunt*.

Prima etiam dividitur in duas, quia primo dat doctrinam locutionis apte ad
pronuntiationem, ostendendo eius utilitatem, secundo subiungit incommoda inepte
5 locutionis ad pronuntiationem ibi, *Telephe vel Peleu*.

Ars, 99-105

Dicit ergo primo sic: *non satis est*, non sufficit poete, *poemata esse pulcra*,
que tunc erunt, si servabuntur precepta data supra. Nunc dat preceptum apte
locutionis ad pronuntiationem debitam materie, dicens: *dulcia sumpto* ipsa poemata,
que tunc erunt dulcia, quando locutiones fient differenter secundum differentias
10 affectuum, ita ut respondeant debite pronuntiationi qualitate¹¹⁸ materie, *et agunto*
animum auditoris quocumque volent, idest fiant per talem modum quod inducat
animum auditoris ad qualitatem materie. Et nunc declarat quomodo, dicens: *ut*
arrident (suple “audito [c. 74r] res”) *ridentibus* (suple “recitatoribus”), quia non
possunt esse ridentes, nisi verba essent formata primo iocosa et apta ad inducendum
15 risum, *ita flentibus* (suple “recitatoribus”) *assint*, idest presentes sint, *humani vultus*,
idest lacrimantes vultus auditorum et compassui¹¹⁹, quod non esset, nisi verba
essent pia et querulosa.

Et ideo subdit: *si vis*, tu recitator, *me*, scilicet auditorem, *flere, dolendum est*
primo ipsi tibi, scilicet recitatori. Et sic docet quod recitator in pronuntiatione debet
20 formare voces et vultum et gestus secundum qualitatem materie quam habet recitare
et verba convenientia similiter tali materie. Ostendit que utilitas sit, si talis doctrina
servetur, dicens: *tunc tua infortunia ledent me*, idest, quando tu, recitator, recitabis
apte materie lacrimabili voce pia, vultu lacrimabili et deiecto ad terram et
singultibus et suspiriis intervenientibus, interrumpentibus vocem, et retortura
25 digitorum (qui sunt gestus dolentis), *tua infortunia ledent me* auditorem, idest
movebunt animum meum ad compatiendum¹²⁰.

Telephe: nunc ostendit nocumenta que secuntur, si recitatio non fiat apte seu
verba non sint apta qualitati materie, dicens: o *Telephe vel Peleu*, idest o poeta qui
inducis Thelephum vel Peleum¹²¹; *male si loqueris mandata*, idest si inepte recitabis
30 et verba inconvenientia proferes, *aut dormitabo*, idest inclinabo caput et faciam
indolem dormiendi, si eris tu recitator magnus et potens, ut timeam lesionem tuam,

2 insequitur] inde sequitur

5

10

15

20

25

30

aut ridebo, ego auditor, si tu eris levis persona, ita ut non timeam tuam lesionem: tunc ridebo palam et trufabor de te¹²².

Ars, 105-107

5 *Tristia*: nunc autor docet poetam obs [c. 74v] ervare differentias affectuum, dicens quod quattuor sunt generales differentie nostrorum affectuum: gaudium et dolor, spes et timor. Gaudium plerumque inducit ludum, licet etiam alias affectiones: dolor iram, timor mestitiam, spes severitatem¹²³. Ideo, loquens de istis affectionibus, dat doctrinam que servari debet in poematibus ad hoc, ut verba sint apta pronuntiationi, dicens: *tristia verba*, idest sermones importantes tristitiam, *decent mestum vultum*, idest ubi est materia timorosa, et per hoc docet qualia debent

10 esse verba et qualis debet esse vultus in recitatione talis materie; *iratum vultum decent verba plena minarum*, idest sermones importantes iram, *decent iratum vultum*, idest ubi est materia dolorosa, et per hoc docet qualia debent esse verba et qualis debet esse vultus in recitatione talis materie; *lasciva*, scilicet verba, idest sermones importantes iocum, *decent ludentem*, scilicet vultum, idest ubi est materia

15 gaudiosa, et per hoc docet qualia debent esse verba et qualis vultus in recitatione talis materie, quia in materia iocosa vultus debet esse ridens; *seria dictu*, idest sermones severi et utiles, *decent severum*, scilicet vultum, idest ubi materia est seriosa, et per hoc etiam docet qualia debent esse verba et qualis vultus debet esse in recitatione talis materie, quia debet esse gravis et modestus¹²⁴.

20 *Format*: hic ostendit nobis auxilium esse datum a natura ad servandum istas differentias vultus. Quasi dicat: ne diffidas, o poeta, difficiles reputans tot moderationum varietates, quia natura coadiuvat informando prius adfectum¹²⁵. Unde dicit: *natura format*, idest informat, *enim*, hoc est certe, *prius* [c. 75f] *nos intus*, idest in animo, *ad omnem habitum fortunarum*, idest ad omnem adspectum. Et,

25 manifestans hoc, subdit: *iuvat*, scilicet natura, idest delectat (quod pertinet ad gaudium), et sic delectat vultum, *aut impellit iram*, scilicet nos ipsa natura (quod spectat ad dolorem), et sic facit vultum accensum, *aut deducit*, scilicet natura, nos *in humum* (quod spectat ad timorem), et sic facit vultum declivem ad terram, *et angit* (subaudi “natura”), nos (quod spectat ad spem), et sic facit vultum gravem.

30 *Post*, etcetera: modo ostendit quod, ut adiuvat nos natura ad formandum vultum, ita ad formandum voces et verba convenientia materie. Unde dicit: *post*, idest postea, natura *effert*, idest extra fert ipsa natura, *motus animi*, scilicet intrinsecos,

Ars, 107-111

7 affectionibus *om.* [T.]; 22 coadiuvat] quoadivat

5

10

15

20

25

30

interprete lingua, idest interpretante lingua et manifestante ipsos motus tam per vocem quam per verba convenientia materie; si quis ignorans istas varietates vocum, vultum et gestum notet gaudentes, irascentes, plorantes et gastigantes ex animo et videbit in eis¹²⁶.

5 *Si dicentis*, etcetera. Hic ostendit quod nocumentum sequitur poeta, si non Ars, 112-113
servabit istas moderationes, dicens: *si dicta erunt absona*, idest discordia, *fortunis dicentis*, idest ut non respondeant verba, voces, vultus et gestus affectioni dicentis et
introduci ad loquendum, *Romani equites*, idest magnates Urbis, *que* (pro “et”) *pedites*, idest plebei, *tollent*, idest extollent, *cachinum*, idest risum¹²⁷, quia
10 deridebunt palam talem poetam; seu vis intelligere per “equites” magistros et per “pedites” scolares¹²⁸.

4.4.2. *Interit*, etcetera: supra autor docuit nos formare verba apta ad Ars, 114-127
pronuntiationem et voces, vultus et gestus secundum varias moderationes
15 affectuum; nunc docet idem secundum differentias personarum, et ista dividitur in duas, [c. 75v] quia primo docet differentias personarum, secundo trahit remedium
contra ignorantiam tantarum et tot differentiarum ibi, *aut famam*, etcetera.

 Prima dividitur in sex, secundum sex differentias quas enumerat per Ars, 114-118
singulas: prima diversitas accipitur penes conditionem et incipitur ibi, *Dausne*;
20 secunda penes etatem et incipitur ibi, *maturusne*; tertia penes affectum et incipitur ibi, *an matrona potens*; quarta penes exercitium et tangitur ibi, *mercatorne vagus*;
quinta penes locum originis et tangitur ibi, *Colcis an*; sexta penes convictum seu educationem et tangitur ibi, *Thebis nutritus*. He namque sex differentie - videlicet
25 conditio, etas, affectus, exercitium, patria, convictus - mirabiliter diversificant loquendi proprietates et mores¹²⁹.

 Et ideo dicit: *multum intererit*, idest multum erit differentia, *ne loquatur Davus*, idest servus¹³⁰, *an herus*, et sic tangitur persona que est secundum
conditionem, quia aliter loquitur servus, aliter dominus; *maturusne senex*, subaudi loquatur, *an adhuc florente iuventa ferendus*, idest iuvenis loquatur, et sic tangitur
30 secunda que est secundum etatem; *an matrona potens* loquatur, *an sedula nutrix* loquatur, et sic tangitur tertia que est secundum affectum; *mercatorne vagus* loquatur, *cultorne virentis agelli* loquatur, et sic tangitur quarta que est secundum

1 *interprete*] *interpetre*; 1 interpretante] *interpetrante*; 13 ad *om.*; 28 loquitur *om.* [T.]; 28 aliter dominus *om.* [T.]

5

10

15

20

25

30

exercitium; *Colchisne*, idest homo natus in Colchis loquatur, *an Assirus*, idest homo natus in Assiria loquatur, et sic tangit quintam que est secundum patriam et originem; *an* loquatur *nutritus Thebis*, que est una civitas Grecie, *an Argis* nutritus loquatur, que Argos est una civitas Grecie et sic tangitur sexta, que est secundum convictum¹³¹.

Et, quia aliquis posset dicere: «Quomodo potero scire istas differentias?», dat nunc remedium, dicens: duo sunt remedia, primum ut sequaris famam, secundum est, [c. 76r] si ignoras famam, quod tu poeta fingas a te. Et ideo dicit: *aut famam sequere* et duo facit, quia primo dat remedia, secundo dat doctrinam circa ipsa remedia. Et est secunda ibi, *scriptor*, et ista dividitur in duas, quia primo dat doctrinam circa famam; secundo circa fictiones ibi, *si quid inexpertum*, etcetera.

Dicit: *aut sequere famam* tu, poeta, illius persone quam tu introducis ad loquendum in tuo poemate, et si non est persona famosa, ut, puta, quia sit persona de qua non habeatur notitia apud autores; *aut finge* tu, poeta, a te *convenientia sibi*, idest ea que credis sibi convenire.

Ars, 119-124

Et quia dedit duo remedia, scilicet imitationem et fictionem, dat doctrinam circa primum, idest circa imitationem, dicens: si nescis expresse tales personarum proprietates, debes recurrere ad famam persone de qua vis tractare, que persona forsitan erit nota et famosa apud vulgares sive apud autores, ut est Achilles, Medea, Yo, Yno, Yxion et Horestes, atque ceteri similes. Si autem persona describenda nec visu nec auditu sit tibi nota, finge tu per te ipsum illas proprietates que apte competant persone tali qualem formare proponis; et attende diligenter ut a principio usque ad finem tractatus serves per omnia introductam personam uniformem¹³².

Et ideo subiungit primo de fama, dicens: *si tu, scriptor, forte reponis*, in tuo poemate¹³³, *Acchilem honoratum*, idest in eo honore qui sibi conveniens est vel ut tu inde habeas honorem¹³⁴, sit *impiger, iracundus, inexorabilis, acer* introductus a te; *iura neget sibi nata*, idest inventa ad suam utilitatem [c. 76v] (quasi dicat: non egeo iurium), idest nichil poscat iure sed violentia; *nichil non arroget armis*, idest omnia superbe petat violentia armorum, quia talem introduxerunt ipsum poete qui de eo tractaverunt. *Sit Medea ferox*, si introducatur a te: nota est fabula Medee, ut patet in

13 quia sit] quia non sit; 18 de] da

25 *reponis*] *reponis*, idest reponere vis

5

10

15

20

25

30

tragedia septima Senece¹³⁵. *Yno flebilis* (subaudi “sit”): nota est fabula eius, quia Ovidius *Metamorphoseon* ponit eam in tertio, et facta est dea maris, que dicitur “Leucothoe” et filius Melicerta deus qui dicitur “Palemon”¹³⁶. *Ision perfidus* (subaudi “sit”), si introducitur a te: *Ysion* fuit pater Centaurorum, nota est fabula apud Ovidium¹³⁷. *Yo* fuit filia *Ynachi*, nota est fabula apud Ovidium¹³⁸, *vaga* (subaudi “sit”). *Horestes* filius fuit Agamenonis et interfecit matrem, nota est fabula, *tristis* (subaudi “sit”) in poemate introductus a te¹³⁹.

Si quid inexpertum. Hic dat doctrinam circa fictionem, dicens: *si quid inexpertum*, idest non ante dictum ab alio, tu poeta *commictis scene*, idest commictis poemati tuo aliquando forsan in scena recitando (scena erat domus umbrosa in teatro, ubi fiebant recitationes, ubi induebantur representatores personarum poematum)¹⁴⁰, *et audes formare novam personam*, idest de novo introductam, non notam vel famosam, *servetur ad imum*, idest usque ad finem poematis tui servetur talis *qualis ab incepto processerit*, idest a principio poematis introducta fuerit, *et sibi con* [c. 77r] *stet*, idest firma stet in illis proprietatibus cum quibus inducta est a principio.

Ars, 125-127

Et sic finitur prima huius operis pars, que est de intrinsicis, idest de existentibus in mente poete. Que sic epilogantur. Vates, sive autor quisque, persuadere cupiens (quod intendit)¹⁴¹, exercitari debet atque exequi diligenter, iuxta superius declaratos modos, scilicet inveniendi, ordinandi, eloquendi et pronuntiandi in mente, antequam producat ad extra: videlicet ut primo inveniatur materia et omnia argumenta que reddant suam causam probabilem, saltem verisimilia, si non vera; secundo ut ordinet omnia puncta sive particulas tractande materie et verba seu nova seu decenter transumpta; tertio ut consideret quo carmine et quo stilo sit describenda materia et ipsum sibi preparet et exornet; quarto et ultimo ut consideret verba apte respondentia cuilibet materie, ut apte pronuntientur que concepit.

In his quatuor ars intrinseca dicitur maxime contineri, quia trahunt exemplar precipuum ex mente opificis, ubi ars intrinseca dicitur fore, que forma est et exemplar horum que foris, aut verbis aut actibus, exprimuntur.

21 inveniatur om. [T.]; 27 quatuor om. [T.]

5

10

15

20

25

30

Cetera que sequuntur potius materialia sunt et aliunde causantur: *difficile est proprie*, etcetera. Quia supra autor posuit intrinseca, deinceps ponere intendit extrinseca, et quia intentio auctoris in hoc libro versatur circa duo universaliter, que sunt poema scilicet et poeta, idest opus et opifex, in quibus consistit huius libri subiectum, sequens tractatus principaliter dividitur in duas partes: [c. 77v] primo siquidem tractat ea que consideranda sunt circa opus sive poema, secundo ea que circa opificem sive poetam ibi, *nil intentatum*. Ars, 128-284

1. Prima in duas, quia primo exequitur de poemate cum suis accessoriis, secundo tractat de speciebus ipsius poematis ibi, *carmine qui tragico*. Prima etiam dividitur in duas, quia primo tractat de ipso poemate per se, secundo de accessoriis ibi, *aut agitur res in scenis*. Prima etiam dividitur in duas, quia primo agit de poemate quo ad ea que gesta sunt, secundo quo ad personas gerentes ibi, *tu quid ego et populus*. Ars, 128-152

1.1. Prima etiam dividitur in duas, quia primo dat consilium circa materiam eligendam, secundo dat precepta circa materiam electam ibi, *publica materies*. Ars, 128-135

1.1.1. Dat primo consilium circa materiam eligendam et assignat causam, dicens quia *difficile est dicere proprie*, idest recte, *communia*, idest publica et nondum tractata ab aliis. *Que* (pro “et”) *tu*, scilicet poeta (nunc dat consilium postquam causam assignavit), *deduces in actus*, scilicet tuos, *carmen Iliacum*, idest Troianum, quod iam ab aliis tractatum est, facies unum aliud simile, quia primi tractatores paraverunt tibi viam, *rectius*, idest magis recte, *quam si tu primus proferres ignota* (“aliis” subaudias) *que* (pro “et”) *indicta*, idest non dicta ab aliis. Ars, 128-130

1.1.2. *Publica materies*: modo dat precepta qualiter materia publica sit tractanda, et duo facit, quia primo dat precepta circa executionem materie, secundo circa principium ibi, *non sic incipies*. Docet ergo primo quomodo sit tractanda, dicens: *publica materies*, idest que adhuc est comunis omnibus et ab aliquo nondum est descripta, *erit* [c. 78r] *privati iuris*, idest efficietur tua propria, *si non moraberis*, tu poeta, *circa vilem et patulum orbem*, idest si tu non insistes circa vilia que erunt in ipsa materia et circa longas narrationes que erunt in ipsa, vel circa orbem vilem, idest circa ordinem quem ipsa materia habet in se (quia vilis esset ordo naturalis, si Ars, 130-135

24 aliis om. [T.]; 26 publica om. [T.]; 33 quem om. [T.]

5

10

15

20

25

30

per totam materiam servaretur)¹⁴²; *et patulum orbem*, idest continentiam totam (que esset vilis si tota recitaretur), non esset tui iuris, quia sic recitaret quilibet alius. Et nota: non prohibet aliquando inmiscere vilia et narrare proluxa, sed prohibet continuationem ordinis naturalis et prolixitatis et ampliationis, quia poeta aliquando debet uti ordine naturali, et aliquando non, et aliquando debet uti longatione et aliquando restrictione.

Nec verbum: nunc dat aliud documentum videlicet preceptum, quod poeta non debet referre omnia que gesta sunt, ut fidus interpret, qui, nil dimictendo, reddit exponendo verbum verbo. Ideo dicit: *nec* (“tu” intelligitur) *curabis reddere verbum verbo* ut *fidus interpret*, idest expositor de una lingua in aliam.

Nec sic: hic dat aliud preceptum, scilicet quod poeta non ita restringat se ad imitandum materiam quod non possit facere disgresiones a materia. Ideo dicit: *nec tu*, scilicet imitator materie, *sic dissilies*, saltabis, *in artum*, idest strictum locum materie, *unde*, scilicet a quo loco, *pudor*, scilicet promissionis facte aut lex operis, idest ordo datus operi, *vetet proferre pedem*, idest extraere gressum de materia.

Vel volumus magis subtilizare, dicentes quod autor appellat materiam comunem que nondum dicta fuit ab aliquo et publicam illam que ab aliquo iam dicta est¹⁴³. Et cum ea publica ponit precepta supradicta que magis clara erunt, si sic exponantur: scilicet *publica materies* iam dicte ab aliquo *erit privati iuris*, idest efficietur tua propria, *si non moraberis circa vilem que* (pro “et”) *patulum orbem*, idest si non perseverabis circa vilia et proluxa que videbis in poemate iam facto, si qua erunt, quia a te abicienda sunt et aliquando tenenda, *nec verbum curabis reddere verbo* (“tu” subaudi) *fidus interpret*. Hoc dicit: si contingerit imitari Grecos in aliqua materia, *nec imitator*, scilicet tu factus alicuius poete, *sic dissilies in artum*, idest sic non stringes te ad imitationem illius, promissione vel ordine dato in principio, *unde pudor vel lex operis vetet proferre pedem*, idest exire illum ordinem seu illam promissionem.

1.2. *Nec sic*, etcetera: hic dat doctrinam circa modum incipiendi poematis, idest circa prohemium, et potest ita adaptari doctrina ista in materia comuni sicut in

Ars, 136-145

7 videlicet *om.* [T.]; 18 *publica*] *publicam*; 25 *artum*] *atrum*

4 et] vel

5

10

15

20

25

30

publica, et primo dat doctrinam prohibitivam, exemplo poete Cilici, secundo doctrinam preceptivam, exemplo Homeri ibi, *quanto rectius*.

Ars, 136-139

5 **1.2.1.** Dicit sic: *nec sic incipies* tuum poema tu, poeta, *ut scriptor Cilicus olim*, idest poeta de Cilicia. Grecus fuit qui fecit nimis altum prohemium, ubi nimis magna promisit, que nullo modo implere potuisset¹⁴⁴; dixit enim: «*fortunam Priami cantabo et nobile bellum*» in lingua greca quod sonabat id quod dictum est in latina: fecit enim nimis magnam promissionem et non potuit observare quod promisit. Et ideo potest dici de eo, quod fecit sicut terra que tumuit, que monstravit se datura
10 magna, et postea dedit murem.

Et ideo dicit: *hic promisor*, scilicet poeta predictus, *quid ferret*, idest quid poterit dicere, *dignum tanto hiatu*, idest dignum tam grandi promissione quam fecit in principio? *Parturient* [c. 79r] *montes*, idest similiter faciet montibus parturientibus qui maxime tumuerunt, sic ipse in principio, *nascetur ridiculus mus*: idest, sicut de
15 montibus exivit res ridiculosa et parvula, scilicet mus, sic postea de narratione sua¹⁴⁵.

Ars, 140-145

1.2.2. *Quanto rectius*. Modo confirmat doctrinam incipiendi poematis, ut sit moderatum prohemium, exemplo Homeri, unde dicit: *quanto rectius hic* scilicet
20 Homerus, incipit, *qui nil molitur inepte*, idest qui non conatur in suo principio ostendere aliquid inepte, idest indecenter, incipiens in *Odixa* sua in lingua greca id quod in latina sonat: «*Dic mihi, Musa, virum*», scilicet Ulixem, «*qui post tempora capte Troie*», idest postquam fuit capta Troia, «*vidit mores et urbes multorum hominum*», quia diu erravit per mare. Ipse enim *non cogitat dare fumum*, idest obscuritatem in processu poematis, *fulgore*, idest ex fulgenti principio, *sed*, e contrario, *ex fumo*, idest obscuro principio, *cogitat dare lucem*, idest fulgentem narrationem et prosecutionem in opere, *ut dehinc*, idest postea, *promat*, idest manifestet, *spetiosa miracula*; scilicet *Antifatem*, regem Lestrigonum, qui devoravit unum ex sociis Ulissis; *Sillamque*, scilicet feminam illam que versa est in mostrum
25 marinum, que dicitur manere apud Siciliam et adlidere ad cautes naves, quas trahit per estum maris ad speluncam suam (nota est fabula apud Ovidium)¹⁴⁶; *et Cariddim*, aliam mulierem similiter versam in periculum maris, obsorbentem omnia navigia etiam apud Siciliam iusta Taurominum, *cum Ciclope*, idest cum Poliphemo,

19 *hic om.* [T.]; 28 Lestrigonum] Lestriquigonum

5

10

15

20

25

30

de quo Virgilius in tertio [c. 79v] *Eneidos*; que omnia inseruit suo poemati Homerus¹⁴⁷.

Ars, 146-152

5 **1.3. Nec redditum.** Hic etiam, exemplo Homeri, docet autor quod poeta non debet incipere narrationem suam a remotis, dicens: *nec orditur*, idest exorditur, idest incipit in narratione sua, *reditum Diomedis*, regis Argivorum qui rediit a destructione Troiana, *ab interitu Meleagri*, idest quando Tideus, pater Diomedis, propter Meleagrum fratrem suum, interfectum a matre dicta Altea, exulavit de patria sponte et venit ad regem Adrastum in Greciam, qui ei filiam suam Deiphilem desponsavit¹⁴⁸; *nec* (subaudi “ipse Homerus”) *orditur*, idest incipiat, *Troianum bellum a gemino ovo*, idest a fabula qua dicitur Iuppiter in specie cigni concubuisse cum Leda, ex qua nata sunt duo ova, ex quorum uno nata fuit Helena et ex altero Polux et Castor; que Helena fuit causa destructionis Troiane¹⁴⁹. Quia, si sic incepisset, incepisset a nimium remotis.

10 *Semper adventum festinat* (Homerus et quilibet bonus poeta) *et rapit auditorem*, idest raptim ducit, *in medias res*, idest in medio materie, *non secus*, idest non aliter, *ac*, idest quam, *notas*, idest in res sibi manifestas, *et relinquit* (ipse Homerus et quilibet bonus poeta) *eas que tractata*, idest si tractarentur, *desperat*, idest non sperat, *posse nitescere*, idest splendere, idest pulcra esse, *atque ita mentitur*, idest tali modo ponit fictiones suas bonus poeta, *et ita*, idest taliter, *remiscet falsa veris*, idest falsa interserit veris, *ne medium discrepet primo*, idest principio, *ne imum*, idest finis, *discrepet medio*, quia poema, ut dictum est in principio, debet esse simplex et unum.

25 **1.4. Tu quid ego**, etcetera: postquam autor informavit poetam quomodo debet componere suum poema [c. 80r] quo ad gesta, informat eum nunc quo ad personas gerentes; et appello “personas gerentes” personas introductas ab autore, sive poeta¹⁵⁰, in suo poemate. Et ista doctrina maxime necessaria est volentibus describere materiam comunem, quia non habent ut possint sequi alios.

Ars, 153-178

30 Et duo principaliter facit, quia primo ostendit utilitatem quam consequetur poeta si observabit sua precepta, secundo dat precepta ibi, *etatis cuiusque*. Et ista dividitur in quatuor partes secundum quod proprietates quatuor (sive attributa etatum) ponit: primo enim docet attributa vel proprietates pueri ibi, *reddere qui*

1 Eneidos] Eneide; 11 concubuisse om. [T.]; 12 altero] altera; 18 eas om. [T.]

5

10

15

20

25

30

voces; secundo attributa vel proprietates iuvenis ibi, *iuvenis imberbis*; tertio attributa vel proprietates viri ibi, *conversis studiis*; quarto attributa vel proprietates senis ibi, *multa senem*, etcetera.

5 **1.4.1.** Dicit sic in prima parte, ostendendo utilitatem observantiae suae doctrine, dicit sic in prima parte: *tu, poeta, audi quid ego*, scilicet Oratius diserim, *et populus*, scilicet Romanus, *desideret mecum*, quia in hoc consentiet mecum, *si eges*, tu poeta, *plausoris*, idest applausoris, idest auditoris, quia auditores applaudent legentibus quando sunt in magno numero et quando atente audiunt ut
10 legant (quasi dicat: si tu poeta vis quod tuum poema sit in pretio et libenter audiatur et legatur, quam rem omnes poete desiderant); *manentis aulea*, idest expentantis cortinas que tendebantur in theatris, ubi fiebant recitationes poematum tempore Oratii in civitate Romana ad decorem, ubi conveniebat populus ad audiendum, quando poema erat pulcrum, in magna frequentia¹⁵¹; sicut modo persone ad
15 predicationes in Ecclesiis et quando predicator est sufficiens ut delectet populum, veniunt auditores cito pro habendo bonum locum, antequam [c. 80v] trahatur tenda et locant se ad sedendum. Et a simili dicit Oratius: *aulea manentis*, quasi dicat venientis ante tempus recitationis, *et usque sessuri*, idest et semper moraturi ad sedendum, idest non discendentes propter tedium, sicut fiebat quando poema non
20 placebat et sicut fit modo quando predicator non placet, *donec cantor*, idest recitator, *dicat «vos plaudite»*: hec verba solebant dicere recitatores quando licentiabant populum, finita recitatione; idem «gaudete vos», sicut hodie predicator dant benedictionem, et per hoc vult intelligere usque ad finem¹⁵².

25 **1.4.2.** Et hic ostenditur utilitas suae doctrine dande subsequenter, que est placere populo. Quasi dicat: si tu vis placere, tene istam doctrinam, quod *mores cuiusque etatis sunt notandi tibi*, idest ad te, ut observentur attributa vel proprietates eorum in poemate (et, licet de hoc fecerit mentionem supra quando dixit *maturusne senex an adhuc florente iuventa fervidus* - quia dixit tunc generaliter - vult declarare
30 particulariter ut poeta sciat observare proprietates et attributa personarum introductarum), *que* (pro “et”), *dandus est decor*, idest pulcritudo, *mobilibus naturis et annis*, hoc dicit quia persone mutant condiciones et mores secundum etates¹⁵³.

7 *desideret*] *desierit*; 13 civitate] civitatete; 30 particulariter *om.* [T.]

5

10

15

20

25

30

1.4.3. Unde, incipiens ab etate pueritiae, que est a septimo anno usque ad quattuordecimum (quia de infantia, que est a septimo anno, infra nichil dicit), cum homo in illa etate parum differat a brutis, cum nichil habeat discretionis¹⁵⁴, dicit infra attributa que sunt tria. Dicens: *puer qui iam scit reddere voces*, idest scit loqui perfecte, quia usque ad illam etatem balbutiens est, *et pede certo signat humum*, idest vadit firmiter, quia in infantia vadit titubanter, habet istas condiciones et proprietates et attributa, que sunt tres: scilicet quod *gestit*, idest desiderat, *concludere paribus*, [c. 81r] idest cum sibi equalibus, et ista est prima; *et iram colligit ac ponit temere*, idest irascitur et placatur sine ratione, et ista est secunda; *et mutatur in horas*, idest non stat constans, imo mutat et varias voluptates per singulas horas, et ista est tertia.

Imberbis iuuenis: nunc ponit proprietates seu attributa iuuenis, que sunt octo, que narrantur in textu. *Imberbis iuuenis*, idest adolescens sine barba (que est a quattuordecimo usque ad vigesimum quintum annum), *tandem* (pro “sed”, et debet preponi, quasi dicat: facit puer ut dictum est, sed iuuenis ...), *custode remoto*, idest absente magistro, *gaudet equis canibusque et gramine aprici Campi*, idest delectabilis Campi, quia gaudet equitare, venari, aucupari et vagari in ruribus et istud est primum attributum; *cereus*, idest flexibilis ut cera, *flecti in vitium* a malis conversationibus, quia de facili cadit in vitium si conversatur cum vitiosis, et ecce secundum attributum; *munitoribus asper*, quia non vult moneri nec corrigi, et ecce tertium; *utilium tardus provisor*, quia negligens est ad utilitates suas et nil cogitat de futuro, ecce quartum; *prodigus eris*, quia nondum probavit quando aquiritur, es proicit, et ecce quintum; *sublimis*, idest superbus, et ecce sextum; *cupidus*, quia ardens est in voluptatibus suis, et ecce septimum; *et pernix relinquere amata*, idest velox ad dimictendum cupita, quia volubilis est, et ecce octavum.

Conversis: modo ponit attributa viri (cuius etas comiter dicitur a vigesimo quinto usque ad sexagesimum) et includitur in ista etate iuventus. Que etas habet quattuor attributa: unde dicit *etas que* (pro “et”) *animus virilis*, idest viri, *querit opes*, quia querit ditari, et ecce primum attributum; *et querit amicitias*, quia procurat acquirere amicos, et ecce secundum attributum; *inservit honori*, quia pro [c. 81v] curat ut aquirat honores, ecce tertium attributum; *commissise cavet quod mox mutare labore*, idest abstinet ne commictat, idest faciat, id quod postea sit mutandum, et ecce quartum attributum.

22 *eris*] *eri*; 24 *pernix*] *penix*

5

10

15

20

25

30

Multa, etcetera. Transit nunc ad attributa quarte etatis, scilicet senectutis, et duo facit: quia primo illa ponit, secundo dat doctrinam poete quod ipsa et alia, que dicta sunt supra, servanda sunt ibi, *ne forte*. Dicit ergo sic in prima: *multa incomoda*, idest inutilia, *circumveniunt senem*, idest multas incomoditates habet senectus, que sunt attributa eius et sunt duodecim¹⁵⁵. *Vel quod senex querit*, idest acquirit, quia senex acquirit libenter opes, et sic est primum attributum¹⁵⁶; *et inventis miser abstinet ac timet uti*, quia avarus effectus non audet tangere quesita, et ecce secundum attributum; *vel quod res omnes timide gelideque ministrat*, quia timidus et gelidus est in omnibus faciendis, et ecce tertium attributum; *dilator*, quia nil facit subito, semper differt, ecce quartum attributum; *spe longus*, quia senex semper habet longam spem, numquam constituit sibi finem, ecce quintum; *iners*, idest piger, quia propter gravitatem etatis ineptus est ad labores, ecce sestum; *avidusque futuri*, quia maxime desiderat vivere, ecce septimum; *difficilis* ad supportandum, vel *difficilis* in operando, quia quicquid operatur cum difficultate operatur, ecce octavum; *querulus*, quia semper conqueritur, ecce nonum; *laudator temporis acti se puero*, transacti, se existente puero (consuetudo est veterum semper laudare gesta sue pueritie), ecce decimum; *castigator*, idest reprehensor vitiorum, ecce undecimum; *ensorque minorum*, idest iudicator iuvenum, duodecimum.

Multa ferunt. [c. 82r] Modo subiungit causam cur diserit “incomoda”, dicens: *multa incomoda ferunt anni venientes secum*, idest cum homo crescit usque ad etatem consistente, *recedentes*, scilicet anni, *multa comoda adimunt*, idest auferunt.

Nunc dat preceptum, dicens: nos, scilicet poete, *semper morabimur in adiunctis que* (pro “et”) *aptis evo*, idest semper observabimus adiuncta et apta cuilibet etati, *ne forte mandentur iuveni partes seniles*, idest ne attributa senum dent iuvenibus, *que* (pro “et”) *viriles* (“puero” subaudi) mandentur, quia male staret poema. Et nota quod autor noster locutus est de attributis secundum animum, quia attributa seu adiuncta secundum corpus sunt in qualibet predictarum etatum et ideo non sine causa dixit supra: *in adiunctis et aptis evo*, ut per “adiuncta” intelligantur “corporea”, per “apta” intelligantur “animalia”¹⁵⁷.

30

2. Aut agitur, etcetera: postquam autor noster tractavit de poemate, nunc tractat de accessoriis ad ipsum poema, que sunt tria, scilicet recitatio, actus et

15 nonum] octavum; 32 recitatio] ratiocinatio [T.]

5

10

15

20

25

30

instrumenta. Et ideo ista pars dividitur in tres, quia primo tractat de recitationibus, secundo de actibus ibi, *neu minor*, tertio de instrumentis ibi, *tibia non ut nunc*.

Ars, 179-188

5 **2.1.** Circa primam partem dat doctrinam quod recitatio non solum fit voce, vultu et gestu respondentibus qualitatibus materie (de qua recitatione satis dictum fuit supra ibi, *non satis est pulcra esse poemata*), sed etiam fit per actus representantes ipsa gesta in materia. Et de tali loquitur hic, dicens: *aut agitur res*, idest materia per actus representatur, *in scenis*, idest in theatris, ubi fiunt recitationes; *aut res acta refertur*¹⁵⁸, idest pronuntiatur voce, vultu et gestu profe [c. 82v] rentis (non intervenientibus actibus) personarum arutarum (?)¹⁵⁹ et inductarum; quod proprium erat histrionum, ut fiebat Pisis, tempore interdicti in Ecclesiis et alio tempore etiam de annuntiatione Verbi ad Virginem Mariam.

15 *Segnius*: modo ostendit quod plus movent representata per actus quam pronuntiata tantum voce, vultu et gestu. Unde dicit: *demissa per aurem*, scilicet poemata que sola pronuntiatione recitantur, *segnius*, idest pigrius, *irritant*, idest movent, *animos audientium quam ea que sunt subiecta oculis fidelibus*, quia maiorem fidem facit visus quam auditus, *et que ipse spectator tradit sibi*, quia visus non solum operatur intus suscipiendo, sed etiam extra mictendo.

20 *Non tamen*. Hic subiungit partem prohibitivam, dicens: *non tamen digna geri intus promat in scena*, idest sunt quedam que sola pronuntiatione debent demonstrari, et non per actus, quia esset nimis crudele et abominabile¹⁶⁰. Et ideo subdit: *multaque tolles ex oculis*, idest non representabis per actus, ut videri possit, *que mox*, idest statim, *facundia presens*, idest manifesta, *narret*, quia sola pronuntiatione demonstranda sunt. Et sudit exempla.

25 *Ne Medea trucidet pueros*, idest proprios filios¹⁶¹, *coram populo*, idest in presentia populi, quod esset efferum. Ideo reprehendum est quod semel fuit factum apud Ecclesiam Maiorem in civitate Pisis, scilicet sicut milites Orodis obruncaverunt innocentes¹⁶². Nota est fabula Medee que recitatur tragedia septima Senece que, expulsa a Creonte novo socero Iasonis, dilaniavit propter furorem proprios filios.

30

9 voce] *it. voce*; 17 *spectator*] *spectatator*

5

10

15

20

25

30

*Aut nopharius*¹⁶³ *Atreus*, idest maledictus [c. 83r] *Atreus*, *coquat palam*, coram populo representando, *humana exta*, idest filios Tieste. Nota est fabula, et dicta supra, *Atrei et Tieste*¹⁶⁴.

5 *Aut in avem Progne*, subaudi¹⁶⁵, *vertatur*: Progne fuit soror Philomene quam Tereus, maritus Progne, vitiavit; unde Prognēs indignata interfecit Itim, proprium filium, simul cum Philomena et dederunt comedere Tereo; quod comperiens, Tereus voluit eam interficere; sed fugientes sunt mutatae, scilicet Philomena in avem que dicitur “philomena”, Prognēs in avem que dicitur “irundo”¹⁶⁶.

10 *Cadmus vertatur in anguem*: Cadmus rex Thebarum quas condidit, profugus a patre propter sororem suam, raptam a Iove (que dicebatur Europa), dato sibi precepto ut non rediret in Sidonem sine sorore a patre Agenore, propter multas adversitates quas sustinebant Thebani voluit liberare patriam suo exilio, ratus quod locus esset causa suarum adversitatum; sed causa fuit, quia interfecit Ophionem serpente apud fontem Dircen, qui interfecerat socios suos, cum irent pro aqua ad
15 fontem, dum construebant civitatem. Et secum duxit uxorem et, dum irent per mundum, simul pervenerunt ad fines Liguum (?)¹⁶⁷ et, dum recenserent sua infortunia, Cadmus oravit ut, si serpens Ophion - quem ipse interfecerat - erat causa suarum adversitatum, ipse mutaretur in serpentem; et sic factum est¹⁶⁸.

20 *Quodcumque ostendis*. Subiungit autor causam quare non debent predicta per actus representari, quia non acquirunt fidem et pariunt odium. Et ideo dicit: *quodcumque ostendis*, tu, poeta, *mihi*, scilicet Oratio, *incredulus*, quia non credo propria, *odi*, idest in odium habeo.

25 **2.2. Neve minor**: hic autor tractat de secundo accesorio ad ipsum poema, quod dicitur “actus”, idest distinctio et pausa que fit in poemate cum recitatur et representatur, causa vitandi [c. 83v] tedii et recreandi spiritum. Et duo facit, quia primo facit quod dictum est; secundo docet vitare impedimenta secundum unum intellectum, et secundum alium docet quomodo debeat introduci corus ibi, *actoris partes*¹⁶⁹.

30

2.2.1. Docet ergo primo de actibus et, quia actus mutantur secundum mutationes personarum, dat documentum de personarum numero que introduci

12 patriam] patria; 28 docet om. [T.]

5

10

15

20

25

30

possunt ibi, *nec quarta loqui*; et primo prohibet invocationem deorum deberi fieri ex levi causa ibi, *nec deus intersit*.

Dicit primo quod fabula ficta a poeta, si vult placere, non debet habere plures distinctiones, variationes et pausas, nec pauciores quam quinque, quia quinque sunt sensus corporis quibus representatur, ut unicuique sensui detur sua particula, ut patet in comediis Terentii¹⁷⁰. Et, si obiciatur de tragedia tertia Senecae que dicitur *Thebas*, que non habebat nisi tres actus, respondetur quod est imperfecta et illa fuit translata de greco in latinum et, sicut imperfecta fuit inventa, ita imperfecta fuit translata¹⁷¹.

Ars, 189-192

Dicit sic: *ve* (pro “et”) *ne*, idest non, *fabula que vult posci*, propter suam placibilitatem, *et spectata*, idest audita a populo quando recitantur et representantur, (“vult” subauditur) *reponi*, ut pote grata et cara et non abici sicut vilis, *sit minor quinto actu*, idest quinta distinctione, *neu*, idest et non, (“sit” subaudi) *productior*, idest longior, *quinto actu*, idest quinta distinctione.

Nec deus, idest invocatio alicuius dei, *intersit*, idest interponatur in ipsa fabula (et per hoc prohibetur in tragediis et comediis invocatio deorum, et ideo in ipsis non servatur ordo qui servatur in aliis poematibus, quia solent poete in aliis primo proponere, secundo invocare, et ultimo narrare; sed in tragediis et comediis incipiunt a sola narratione)¹⁷², *nisi dignus vindice nodus inciderit*, idest nisi interveniat in ipsa fabula aliquid quod ingenio humano [c. 84r] (seu humane potentie) non videatur possibile, ut patet in prima tragedia Senecae in aliquibus locis¹⁷³, quia tunc bene licet poete facere invocationem; *nec quarta persona laboret loqui*, idest quod in tragediis et comediis, ubi introducuntur persone ad loquendum, non debent introduci ad plus nisi quattuor, et quarta persona raro debet introduci et tunc modicum loquatur, idest quod non reiteret multum sermones suos (ut iterant alie persone introducte), ut patet in tragediis Senecae et comediis Terentii, ubi, quando quarta persona introducitur, vel semel vel bis loquitur et raro invenitur loqui ulterius¹⁷⁴. Et nota quod corus, quando introducitur ad loquendum, non computatur pro persona, ut patet in ipsis tragediis Senecae.

19 *vindice*] *vidice*

4 quinque] quinque: causa traditur

5

10

15

20

25

30

2.2.2. *Actoris partes*: hic secundum quosdam¹⁷⁵ docet autor poetam vitare impedimenta que dabantur recitationi plerumque a malivolis, et hoc summunt ex eo quod Oratius dicit in secundo libro *Epistularum*, ubi dicit: «Sepe etiam audacem fugat hoc terretque poetam. Qui numero plures et depugnare parati», etcetera¹⁷⁶.
 5 Exponunt sic istam partem: tu, poeta, volens recitare tuum poema, sis cautus ad vitandum impedimenta malivolorum qui solent venire iusta theatrum vel cum urso vel cum gladiatoribus et faciunt suscitari rumorem, ne populus audiat recitationem poete, ut plene tangit Oratius in supra dicto loco¹⁷⁷. Et hoc potest fieri a poeta dupliciter: primo, ut comparet sibi favorem magnatum qui faciant stare armatos ad
 10 defendendum recitationem et ad prohibendum impedimenta; secundo, ut poeta sit talis conditionis ut faciat se diligi ab omnibus, et hoc demonstrat ibi, *ille bonis faveat*.

Dicit ergo sic, exponendo secundum istum intellectum: *corus*, scilicet armatorum *que* (pro “et”) *officium virile*, idest aliquis virtuosus officialis, *defendat partes autoris*, idest recitatoris ab [c. 84v] impedimento, *neu*, idest ut non, *intercurrat*, scilicet malivolus aliquis canat, *medios actus*, idest inter medios actus qui representantur, *quid*, idest aliquid, *quod non conducat*, idest conveniat, *et hereat*, idest coniungatur, *apte proposito*, ipsius poete¹⁷⁸. Hoc dicit quia in recitationibus erant histriones et pulsatores istrumentorum qui faciebant ad propositum, quando
 20 intermediabatur actus, et delectabant populum¹⁷⁹.

Ille bonis. Hic docet quomodo poeta debeat se preparare talem ut diligatur ab omnibus, dicens sic: *ille*, scilicet poeta, *bonis faveat*, et opere et sermone, et sic sibi favebitur; *et concilietur amice*, idest amicabiliter conveniat cum aliis et concordet ut alii sint sibi amici¹⁸⁰; *et regat iratos*, idest placibiliter corrigit vel substineat iratos non exasperando eos; *et amat precare timentes*, idest amet bonos; *ille*, scilicet poeta, *laudat dapes mense brevis*, idest laudet sobrietatem; *ille* (laudat subauditur) *salubrem iustitiam*, idest que salvat regna et civitates, *legesque* (divinas et humanas) *et otia apertis portis*, idest pacem, quia in pace homines sunt otiosi, et civitates et castra claudunt portas¹⁸¹; *ille*, scilicet poeta, *tegat*, idest occulta teneat, *comissa*, idest peccata aliorum vel arcana sibi commissa *que* (pro “et”) *et precetur deos*, idest in corde, *et oret*, scilicet in publico, *ut fortuna*, scilicet prospera, *redeat miseris*, idest humilibus positus in miseria, *et abeat*, idest recedat, *superbis*, idest a superbis.

5

10

15

20

25

30

Potest etiam in predictis esse alius intellectus, scilicet quod doceat tragedos quomodo debeant constituere corum ad loquendum in suis tragediis. Et dico tragedos, quia comici non introducunt corum, ut patet in Terentio, quia viles persone non agunt sententias. Et duo facit, quia primo ponit partem prohibitivam, secundo preceptivam ibi, *ille bonis*. Dicit primo sic; *corus que* (pro “scilicet”) *offi* [c. 85r] *cium virile*, idest hominum virtuosorum, quia virtuosus introducendi sunt loquentes et non alii. Quasi dicat: *corus* (virorum quorum est officium loqui de hiis que recitantur, quorum dicta ponenda sunt, quia, licet vitiosi loquantur, eorum sententie ponende non sunt, quia sunt irracionales) *defendat partes actoris*, idest poete recitatoris; idest ponat quod corus, qui introducitur ad loquendum, loquatur confirmando quod dictum est in actu precedente, si confirmandum est (ut, puta, quod non sit contra bonos mores et civilitatem), vel inprobando, si inprobandum sit. *Neu*, idest ut non (et hic ponit partem prohibitivam), *intercinat*, idest canat ipse corus introductus, *inter medios actus*, idest distictiones poematis (ubi plerumque introducitur), *quid*, idest aliquid, *quod non conducat*, idest conveniat, et *hereat*, coniungatur, *apte proposito*, idest actui precedenti, quoniam, si sententie cori non haberent convenientiam cum supra dictis, dananda esset talis introductio.

Ille bonis: modo dat partem preceptivam, dicens quod corus semper debet versari in istis sententiis, scilicet que continentur in testu, unde dicit: *ille*, scilicet corus, *faveat bonis* in sententiis suis *et concilietur*, idest concordet cum ipsis bonis, *amice*, idest amicabiliter, *et regat iratos*, scilicet corus. Expone ut supra, intelligendo semper de coro, quod ita ostendit in suis sententiis quas dicit et quas introducitur ad dicendum a poeta; si cui placet magis ista expositio quam superior, teneat istam; si non teneat, utramque vel saltem unam quam vult.

25

2.3. *Tibia non, ut nunc*: hic agit autor de tertio accesorio ad ipsum poema recitandum, scilicet de istrumentis musicis. Et duo facit, quia primo ostendit consuetudinem antiquorum circa istrumenta, secundo ostendit illius consuetudinis mutationem ibi, *postquam cepit agros*.

Ars, 202-220

30

7 officium *om*.

2 constituere] introducere

5

10

15

20

25

30

2.3.1. Dicit primo quod antiqui, ut erant parci in omnibus, ita etiam instrumentis¹⁸², et refert morem antiquorum, [c. 85r] dicens: *tibia* (subaudi “antiquitus”) *non ericalco vincta que* (pro “et”) *emula tube*, idest secutrix tube et similis tube, *ut nunc* (subaudi “est”), quia erat parva et de lignamine tantum et cum parvo foramine et paucis. Et ideo addit: *sed tenuis*, idest parva, *simplexque*, quia una sola (non plures, ut sunt nunc in conviviis et festis), *foramine paucis*, quia pauca habebat foramina¹⁸³, *erat utilis aspirare*, idest sonare vel sonitu favere, *et adesse coris*, idest congregationibus que fiebant ad audiendum recitationes, *et complere flatu*, scilicet suo, *sedilia nondum nimis spissa*, idest loca ubi conveniebat ad sedendum populus, ad audiendum recitationes parvus, et ideo sedilia non erant nimis spissa. Et ideo subdit: *quo*, scilicet flatu, *sane*, idest certe, *populus numerabilis*, idest ita parvus ut bene numerari possit, *utpote*, idest sicut, *parvus et frugi*, idest sobrius et frugalis, *et castus que* (pro “et”) *verecundus coibat*, idest conveniebat ad recitationes.

15

2.3.2. *Postquam*. Nunc ostendit instrumentorum quando fuerit facta mutatio, ut ostendat etiam modi dicendi debuisse fieri mutationem, dicens: *postquam incepit agros extendere victor*, scilicet populus Romanus ex victoriis suis ampliavit sibi terminos agrorum, *et latior murus*, scilicet civitatis Romane quam primo effectus, *cepit amplecti urbes*, idest populum, qui sufficisset multis urbibus ita erat auctus¹⁸⁴; *que* (pro “et”) *Genius*, idest deus nature humane (ut alibi testatur Oratius)¹⁸⁵, qui oritur cum homine et moritur cum homine (et ponitur pro actitudine ingenii, que data est homini in suo ortu virtute corporum celestium, et pro ipso ingenio seu conditione dulci vel aspera vel qualicumque quam quilibet homo habet [c. 86r] differentem ab alio, quia non inveniuntur aliqui qui totaliter sint eiusdem conditionis)¹⁸⁶, *vinum diurno*, cuius non erat usus apud antiquos Romanos nec licebat potare vinum de die ut nunc, (“cepit” subaudi) *placere*, idest placitum fieri, quia vinum moderate sumptum letificat cor hominis¹⁸⁷ et placat iram exstinguendo bilem stomachi, *impune*, idest sine pena, *festis diebus*, idest diebus conviviorum et festorum (hoc dicit quia antiqui Romani fuerunt parcissimi vini, adeo ut nulli biberent vinum; sed postea, crescentibus divitiis, increvit luxus et inceperunt bibere vinum occulte de nocte, quia pena erat bibentibus imposita. Postea increvit magis et fuit permissum ut biberetur in diebus festis publice, idest quando celebrabant festa vel convivia; sed modo, ut videmus intra, superfluit usus vini ut nostro tempore, ut

20

25

30

5

10

15

20

25

30

pauci abstineant a cellariis publicis), *accessit numerisque modisque licentia maior*, quasi dicat: sicut in modo vivendi crevit lautities et licentia, ita in dicendo, ita et versibus augetur licentia, quia non ita servata fuit postea proprietas carminis et in stilis fuit facta ampliatio¹⁸⁸, etiam ut patebit infra, cum dicet de generibus poematum et eorum amixtione.

5

Indoctus quid enim. Hic reddit causam quare antiqui erant ita rudes et stricti, dicens: *indoctus*, scilicet populus, *quid enim saperet?* idest sapere potuisset, quasi dicat “nil”. *Indoctus* enim erat populus et rudis in initio edificate civitatis, *liberque laborum*, idest inexercitatus, quia, antequam iret pugnando per mundum, liber fuit laborum populus Romanus (et intelligitur “quidem enim saperet?”), idest sapere potuisset, quasi dicat “nichil”); *rusticus urbano confusus*, idest admistus (“quid enim saperet?” intelligitur etiam), et hoc dicit quia in illo principio constructe civitatis mixti habitabant in civitate agricole [c. 86 r] civibus; *turpis honesto mixtus* (intelligitur etiam “quid enim saperet?”), idest vitiosus cum virtuoso, quia, pro

10

15

faciendo civitatem populosiorem, omnes accetabantur.

Sic prisce. Hic adaptat similitudinem, dicens: sicut crevit lautities et civitas in modo vivendi, ita in instrumentis et ornatibus etiam in dicendo, *sicut tibicin*, idest pulsator tibie, *addit motum que* (pro “et”) *luxuriam*, idest apparatus suprabundantem, *prisce arti*, idest antique arti que erat rudis, *que* (pro “et”) *vagus traxit vestem per pulpita*, idest incipit interesse recitationibus (que fiebant in pulpitis) indutus et ornatus, et vagari per recitationes, ubi primo raro intererat et tunc rudi modo¹⁸⁹.

20

25

30

Et tulit. Modo ostendit quomodo crevit facundia, dicens: *et facundia preceps*, idest eloquentia subita et de novo inventa, *tulit*, idest dedit, *eloquium insolitum*, idest non solitum temporibus retroactis; *sic etiam*: ostendit quod etiam instrumentis lyricis fuit facta additio, quia, ubi primo erat lira quattuor cordarum, postea fuit sex, dicens: *sic*, idest similiter, *etiam voces crevere* (pro “creverunt”) *severis fidibus*, idest severe primo sonantibus¹⁹⁰; *utiliumque*: hic ostendit quod etiam sententie fuerunt aucte, nedum locutiones, dicens: *que* (pro “et”) *sententia sagax utilium*, idest sciens rerum utilium, *et divina futuri*, idest predicens futura, *non discrepuit*, idest non discordavit, *sortilegis Delphis*, idest ab illis qui dabant responsa in templo Appolinis in insula Delpho sive Delo. Quasi dicat: poete

16 lautities] lutities; 17 ornatibus] omnibus [T.]; 17 dicendo] it. dicendo

5

10

15

20

25

30

inceperunt dicere sententias utiles et premonentes futura, sicut dicebant oracula deorum.

3. *Carminē qui tragico*, etcetera: hic tractat autor de spetiebus poematis, ostendendo eorum admistiones que sunt tria, scilicet tragedia, satira et comedia.

Ars, 220-284

Tragedia dicitur a “tragos” grece (quod latine “hircus”) et “oda”, quod est cantus, quasi cantus ircinus, idest fetens et turpis ut hircus¹⁹¹. Nam hircus in parte anteriori gerit [c. 87r] speciem principis propter cornua et barbam prolixam, et in posteriori fetorem ac vilitatem suam ostendit, quam cauda coperire non valet. In quo notatur proprietas tragedie: que principum gesta describit, que in sui principio magnalia et felicia proponit, finis vero concluditur calamitatibus atque mortis angustia. Et ad id significandum, super alia munera que dabantur poetis scribentibus tragedias, dabatur etiam hircus; sic igitur tragedia est poema quo principum gesta narrantur¹⁹².

Satira est poema de reprehensione vitiorum, et dicitur a “satira lance” deorum, que erat repleta variis generibus ciborum et sic satira variis generibus vitiorum. Vel a Satiris: nam Satiri et Fauni dicuntur homines silvestres, qui solent alios deludere, et mulieres maxime, quia habent quasdam proprietates satire convenientes. Satiri sunt enim cornuti, et sic satira omnes reprehendit. Sicut animalia cornuta feriunt cornibus, sunt nudi, et sic Satiri utuntur verbis nudis et apertis¹⁹³; et sunt capripedes, quia sententie Satirorum sunt aspere. Sic ergo satira vocatur poema quo vitia reprehenduntur¹⁹⁴.

Comedia est poema quo scribuntur acta rusticorum et humilium personarum. Et dicitur a “comos”, quod est villa, et “oda”, quod est cantus, quasi cantus villanus, quia tali carmine scribuntur fabule humilium personarum¹⁹⁵. Et comedi (sive comici) appellantur illi poete qui scribunt comedias, sicut satiri (sive satirici) qui scribunt satiras, sicut tragedi (sive tragi)¹⁹⁶ qui scribunt tragedias.

Et circa istam partem autor tria facit, quia primo tractat de tragedia; secundo de satira ibi, *silvis deducti*; tertio de comedia ibi, *successit vetus his*, etcetera.

6 grece *om.* [T.]; 18 convenientes *om.* [T.]; 26 satirici] satarici

16 generibus] specibus

5

10

15

20

25

30

3.1. Circa primum, idest circa tragediam, procedit sic et quinque facit: quia primo ostendit quomodo per habundantiam divitiarum crevit modus vivendi lautior et ornatior, sic ad maiorem ornatum et ad varietatem inducendam fuit [c. 87 v] satira admista tragedie; secundo assignat causam ibi, *eo quod*; tertio tradit doctrinam qualiter admiscenda sit ibi, *verum ita risores*, et ostendendo primo quid sit vitandum et postea quid observandum ibi, *effutire leves*; quarto dat cautelam ibi, *non ego inornata*; quinto ostendit difficultatem circa ipsam cautelam ibi, *ex noto fictum*.

Ars, 220-243

3.1.1. Dicit ergo primo: nota, lector, quod ad hoc, ut ornatior veniret tragedia et ut variaretur, admista fuit ei satira, scilicet quando ibi miscetur reprehensio vitiorum. Unde dicit: ille, scilicet poeta, *qui certavit*, idest cum aliis poetis scribens victoriam certatim quesivit, *carmine tragico*, idest qui composuit tragediam, *ob vilem hircum*, idest ut inter alia munera haberet hircum, *mox*, idest statim, *nudavit agrestes Satiros*, accipiendo eorum sententias et amiscendo sue tragedie, *et asper*, propter reprehensionem vitiorum quam accepit, *tentavit iocum*, admiscere etiam sue tragedie, *incolumi gravitate*, idest servata gravitate conveniente tragedie¹⁹⁷. Quasi dicat: non solum admiscuit satiram, idest reprehensionem vitiorum, sed etiam iocos et convivia que solebant scribi carmine lirico, ut patet in Virgilio, *Eneide*, et in Lucano et aliis autoribus. Vel intelligitur de duplici satira, scilicet aspera et iocosa, quasi dicat: non admiscuit tragedie satiram adsperam, sed etiam iocosam.

3.1.2. Et assignat causam huius admistionis, dicens: *eo*, idest ideo, *quod*, idest quia, *spectator*, idest auditor, *que* (pro “et”) *functus sacris*, idest conviviis, *et potus*, idest potatus vino, *et exlex*, idest sine lege, *erat morandus*, idest detinendus, *illecebris*, idest delectationibus, *et grata novitate*, idest placibili novitate: hoc dicit quia nova placent¹⁹⁸.

Ars, 222-224

3.1.3. *Verum ita*, etcetera: hic autor insinuat qualiter admiscenda sit satira tragedie et quomodo etiam materia iocosa, ponendo primo quid vitandum sit, secundo ostendendo quid servandum ibi, *effutire leves*, etcetera.

Ars, 225-230

Dicit primo sic: *verum* (pro “sed”) *ita risores*, [c. 88r] idest Satiros, *conveniet commendare*, idest commendate loqui, et *ita conveniet comendare dicaces Satiros*,

2 ostendit *om.* [T.]; 2 quomodo] quod quomodo

5

10

15

20

25

30

idest asperos¹⁹⁹; et hec duo adiectiva “risores” et “dicaces” non posuit sine causa, quia Satirorum tres sunt species, quia quidam sunt iocosi et rident (ut Oratius), quidam sunt asperi, qui aut latrant (ut Iuvenalis), aut ringunt (ut Persius)²⁰⁰. *Ita vertere seria ludo* (subaudi “conveniet”): hoc potest intelligi dupliciter, scilicet

5 quod vel loquatur de mutatione asperae materiae in iocosam, vel quod loquatur de mutatione utilis materiae, qualis est reprehensio vitiorum, in materiam iocosam, qualia sunt convivia, potationes et certamina et laudes deorum et amores.

Nam quicumque: modo ostendit quid vitandum sit, scilicet exanguem humilitatem, scilicet ne mutetur conditio personarum et attributa similiter et adiuncta

10 de alto in himum, et hoc est quod dicit. *Ne*, idest ut non, *quicumque deus* (subaudi “adibebitur”, idest adiungetur ipsi satire vel materiae iocose), similiter *quicumque heros adhibebitur nuper conspectus in regali auro* (hoc dicit propter coronam auream quam gerunt reges), *et ostro* (hoc dicit propter vestem purpuream quam similiter gerunt dii et reges), *migret*, idest vadat, *in obscuras tabernas*, idest in locis

15 vilibus qui non conveniunt talibus personis, *humili sermone*, idest humilitate et vilitate loquendi, idest capiendo viles sententias, vilia vocabula et vilem modum dicendi.

Aut dum vitat: hic ostendit quod similiter est vitanda inflata et turgida sublimitas. Unde dicit: *aut dum vitat humum*, idest materiam vilem, poeta ne *captet*

20 *nubes et inania*, idest alta et vana, idest preservando convenientiam satire non deturpet honestatem, sublimitatem et pulcritudinem tragedie, nec preservando tragediam incurrat inflatam turgiditatem circa personam humilem seu materiam, altas sententias, pretiosa vocabula et [c. 88v] sublimem stilum dicendi.

Effutire. Hic autor ostendit quid servandum sit, dicens: *tragedia indigna*

25 *effutire*, idest extra mictere²⁰¹, *leves versus*, quia leves versus non decent tragediam, *intererit paululum pudibunda protervis Satiris*, idest stare debet verecunde inter sententias satiricas, idest ut verecunde et honeste ponatur reprehensio vitiorum in satira, *ut matrona iussa moveri festis diebus* (subaudi vadit) pudibunde et honeste inter homines per civitatem, et facit hic similitudinem, dicens quod sic tragedia

30 debet stare pudibunde inter satirica.

Ars, 231-233

5 materiae] reprehensionis

5

10

15

20

25

30

3.1.4. *Non ego*: modo adhibet cautelam in admixtione servanda, scilicet mediocritatem, docens non esse inherendum totaliter satire nec totaliter tragedie, sed viam medii inter utramque esse observandam.

Et potest legi textus dupliciter²⁰², scilicet primo sic: *Pisones, ego scriptor Satirorum*, idest rerum pertinentium ad Satiros admiscendo eas mee tragedie, *non amabo solum nomina que* (pro “et”) *verba inornata*, idest “valde ornata” (et “in” ponitur hic augmentative), *et dominantia*, idest alta que pertinent ad tragediam pro inherendo ipsi tragedie, *sic nec enitar differre*, idest distare, *tragico colori*, idest a modo tragedie, pro inherendo satire, idest non ita inherebo tragedie nec ita distabo a tragedia, ut non sit differentia inter attributa personarum et adiuncta et etates. Et ideo subdit: *ut nichil intersit*, etcetera.

Et potest etiam intelligi quod *inornata* significet “non ornata” (ita quod vi privet) et *dominantia* “aspera” vel “libera”. Et tunc debet construi et intelligitur ut inmediate subiungetur: scilicet o *Pisones*, idest amici mei, gratia quorum composui hunc librum, *ego scriptor*, scilicet tragedie, *non amabo solum* - quando admiscebo satiram - *inornata nomina que* (pro “et”) *verba*, idest nomina et verba sine ornatu, *et dominantia*, idest libera vel aspera qualia requirit satira, et ideo subdit *Satirorum*, idest que spectant ad Satiros; *nec sic enitar*, scilicet ego scriptor, *tragico differre*, idest distare a [c. 89r] satira (intelligitur), *colori*, idest colore (ponitur dativus pro ablativo), idest ex tragico colore, idest ex modo tragedie in ipsa admixtione; *ut nichil intersit*, idest nulla differentia sit, *ne loquatur Davus*, idest servus, *an audax Phitias*, idest illa meretrix, *lucrata talentum*, idest speciem illam danariorum, *emunto Simone*, idest evacuato marsupio illius Simonis (Davus et Simo sunt persone introducte - et similiter Phitias - in comediis Terentii)²⁰³, *an Sillenus custos que* (pro “et”) *famulus dei alumni*, scilicet Bachi educati ab eo. Quasi dicat: non ita servabo convenientia tragedie quod ego non faciam differentias inter personas, secundum attributa et adiuncta et etates.

3.1.5. *Ex noto*: hic ostendit difilcultatem in observantia cautelarum et preceptorum et vitatione vitiorum circa doctrinam istius admixtionis, dicens quod solum boni poete possunt ea que dicta sunt servare, dicens: *ego sequar fictum carmen ex noto* (scilicet “carmine”), idest ita imitabor poema tragicum et satiricum, quod michi notum est, in carmine de novo componendo, ubi debet fieri admixtio.

10 etates] rates; 19 colore] colorare

5

10

15

20

25

30

Vel dicatur: ita imitabor, in poemate componendo de novo a me, aliquem bonum poetam mihi notum, qui fecerit similem admixtionem per talem modum, scilicet *sequar, ut quis*, scilicet autor, *speret sibi contingere* (subaudi “idem”, subaudi scilicet “posse facere melius quam ego”), *sudet multum*, idest laboret multum, *que* (pro “et”) *ausus* (scilicet “facere idem quod ego melius quam ego”), *laboret frustra*, eo quod non possit me superare²⁰⁴; *tantum series*, idest ordo sententiarum, *que* (pro “et”) *iuctura*, sermonum sive dictionum, in constructione *pollet* in meo poemate de novo ficto, idest faciam quod pollebit²⁰⁵, *tantum honoris accedit*, idest accedere faciam, *rebus sumptis de medio*. Et per [c. 89v] hoc inuit bonum remedium esse ad istam difficultatem: mediocritatem.

3.2. *Silvis deducti*: hic autor docet quomodo aspera satira debeat recipere iocos vel ludos et convivia, que admiscuntur plerumque satire, ut patet in *Sermonibus* Oratii, que solebant scribi lirico carmine, quando ei admiscebantur. Et ista dividitur in tres partes, quia primo tradit doctrinam de eo quod dictum est; secundo ostendit eius observantiam et omnis poematis generaliter esse difficilem ibi, *in scenam missos*; tertio ex accidenti subdit notitiam de autoribus tragedie ibi, *ignotum tragice*.

3.2.1. Sed prima dividitur in duas, quia primo tradit doctrinam de satira quo ad materiam, secundo quo ad carmen quo describi solebat ibi, *sillaba longa brevi*; prima etiam in duas, quia primo dat doctrinam eius quod dictum est, secundo reddit causam illius observantie ibi, *offenduntur enim*.

Dicit ergo in prima parte: notate, scilicet Pisones, quod ioci, convivia et certamina iocosa admiscuntur ad pariendum delectationem et varietatem, sicut *Satira* Iuvenalis et Persii *Satire*, que antiquitus solebat esse tantum aspera et aspero modo reprehendebat vitia: et appellata est talis satira “iocosa”, qualis est satira ipsius Oratii. Unde Persius: «Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico tangit et admissus intra precordia ludit». Et tunc in tali admixtione debet vitari lascivitas, luxuria sive mollities, inmunditia vero, id quod turpitudine ignominia est, infamia et denigratio fame alicuius sermone private persone.

Et hoc est quod dicit: *Fauni*, idest Satiri, quia Fauni et Satiri idem sunt, idest poete satirici, *deducti silvis*, idest extracti de silvis, idest de satira aspera²⁰⁶,

13 iocos] iocosam; 28 Persius] Iuvenalis; 32 quod om. [T.]

5

10

15

20

25

30

caveant, me iudice, idest me Oratio existente iudicatore et correctore poematum, *ne velut innati triviis*, idest sicut nati in civitate ubi sunt platee et trivium, *ac pene forenses*, idest sicut homines de foro, idest curiales. Vel potest dici sicut rustici nati in villis ubi sunt trivium et forenses, idest de foris nati, idest foretanei, qui solebant componere iocosa carmina, ut te [c. 90r] statur ipse in libro *Epistularum* secundo, ubi dicit: «Agricole prisci fortes parvo quam beati, / condita post frumenta levantes tempore festo / corpus et ipsum animum spe finis dura ferentem / cum sociis operum pueris et coniuge fida / Tellurem porco, silvanum lacte piabant, / floribus et vino Genium memorem brevis evi. / Fescenina per hunc inventa licentia morem / versibus alternis opprobria rustica fudit / libertas que recurentes accepta per annos / lusit amabiliter, donec iam sevus apertam / inrabiem cepit verti locus et per honestas / ire domos impune minax. Doluere cruento / dente lacessiti; fuit intactis quoque cura / conditione super comuni; quin etiam lex / penaque lata, malo que nollet carmine quemquam / describi: vertere monum formidine fustis at bene dicendum delectandumque redacti»²⁰⁷. *Aut nimium teneris versibus*, idest nimium mollibus quales sunt illi qui conveniunt iocis, *iuvenentur unquam*, idest lasciviantur more iuvenum, quia hoc non licet Satiris (et per hoc reprehenditur lascivitas), *aut crepent*, idest sonent, *inmunda*, idest turpia, *que* (pro “et”) *ignominosa dicta*, idest vituperiosa dicta. Et per hoc reprehendit autor immunditiam et ignominiam.

Offenduntur enim. Modo reddit causam quare in admistione iocose cum aspera satira debeant vitari illa tria supradicta, dicens: *offenduntur enim* (pro “quia”), scilicet illi *quibus est equus*, idest illi qui sunt de equestri ordine, *et pater*, idest et qui sunt de patribus, *et res*, idest qui sunt divites (et per hoc significat quod magnates offenduntur de talibus et in talibus poematibus, licet humiles laudent et aprobent), et per hoc subdit: *nec si*, idest quamvis, *emptor probet*, idest aprobet, *quid*, idest aliquid, *fracti ciceris*, quia ille qui vult emere cicera vel nuces frangat aliquas cum dentibus ad videndum si sunt bone, *accipiunt*, ipsi mag [c. 90v] nates, *equis animis*, idest paribus animis, idest non iudicant pari modo *ve* (pro “et”) non *donant*, idest remunerant, *corona*, idest laude, scilicet id quod laudatur a minoribus. Sumpta similitudine quod - licet emtor cicorum vel nucum laudet aliquid fractum vel aliquam fractam - ipsi tamen non laudabunt omnia cicera et omnis nuces; sic, licet humiles persone laudent aliquit carmen quod degustent, non propterea laudabunt totum, nec etiam ipsum carmen magnates qui aliter sentient.

Ars, 248-250

16 *iuvenentur*] *iuventur*; 21 *offenduntur*] *offenditur*

5

10

15

20

25

30

Syllaba longa brevis: hic tractat autor de carmine iambico, quo materia contumeliosa primo descripta fuit ab Arciloco et postea descripta fuit tragedia et comedia et etiam iocosa satira ab autoribus; et etiam principium Persii descriptum fuit eo carmine et principium Prudentii. Et de isto magis dicit quam de aliis, quia minus erat in notitia. Et tria facit circa istam partem, quia primo ostendit qui erat primo versus iambicus; secundo ostendit quomodo mutatus fuit postea ibi, *non ita pridem*; et ultimo improbat usum huius carminis apud Enium et acum ibi, *hic et in Accii*.

Dicit primo sic: *syllaba longa subiecta*, idest subposita, *brevis*, scilicet sillabe, *vocetur iambus*, scilicet pes iambus constat duabus sillabis, quarum prima est brevis et ultima longa; *pes citus*, idest festinus et currens et venit appositively illi nomini “iambus”, et ab isto pede nominatur “versus iambicus”, qui continet quatuor iambo et dicitur “iambus dimeter”, idest duarum mensurarum, quia propter suam celeritatem duo pedes computantur pro uno, ut patet in illo versu Oratii in *Odis*: «inarsit estuosius»²⁰⁸.

Sed postea fuit augmentatus versus et fuit factus sex pedum et appellatus “trimeter iambicus”, quia tres mensuras computando [c. 91r] duos pedes pro uno. Et ideo subdit: *unde etiam*, iambus, *iussit acrescere*, idest valde crescere, *nomen trimetris iambeis*, idest versibus sic vocatis, *cum redderet senos ictus*, idest sex pedes, ut patet in illo versu Oratii in *Odis*: «Beatus ille qui procul negotiis»²⁰⁹. Et bene crevit nomen, quia, cum primo vocaretur “iambicus dimeter”, postea fuit vocatus “iambicus trimater” et bene crevit nomen ad significatum, quia plus significat “trimeter” quam “dimeter”²¹⁰. Vel potest esse alius intellectus, scilicet quod primo vocaretur “iambicus versus”, sed postea ad differentiam fuit adiunctum “dimeter” et “trimeter”: *primus*, scilicet pes, *ad extremum*, idest usque ad ultimum antiquitus, quando fuit inventus versus iambicus *similis sibi* (subaudi “fuit”)²¹¹.

Non ita pridem, idest iam acto tempore, vel antea fuit servatus versus iambicus, ut esset similis sibi usque ad ultimum, *ut tardior paulo*, idest modico magis tardus *que* (pro “et”) *gravior veniret ad aures*, idest ut haberet tardiozem et graviorem sonum, *recepit spondeos stabiles* (hoc dicit quia spondeus est pes duarum sillabarum longarum, et est pes stans et non sic currens), *in iura paterna*, idest in hereditate data sibi a patre suo Archiloco, *comedus et patiens*, ipse iambus, *non ut cederet de sede secunda aut quarta*, idest cum ista lege ut numquam

24 adiunctum] aditum

5

10

15

20

25

30

recederet de locis paribus iambus, dimissis locis imparibus spondeo. Et ita spondeus potest stare in primo, tertio et quinto pede, iambus in secundo, quarto et sexto.

Et ideo subdit: *socialiter* (intelligitur “partitus loca”), *hic*, scilicet versus iambicus sic sociatus spondeo, *apparet rarus*, idest pretiosus, *nobilibus trimetris Acci* [c. 91v] *et Enni*, qui fuerunt antiqui poete apud Romanos. Et loquitur hic autor hironice, quia, ut patet in *Epistulis*, autor iste reprehendit Accium et Ennium²¹², ut patere potest intuentibus, unde “rarus” legatur hironice et similiter “nobilibus”.

Ars, 258-259

3.2.2. *In scenam missos*, etcetera: hic ostendit autor observantiam supradictorum poematum et omnium poematum generaliter esse difficilem. Et duo principaliter facit, quia primo ostendit quod talis observantia est adeo difficilis quod non a quolibet iudice, sed tantum a bono poeta cognoscitur; secundo nos ortatur ut, contenta licentia que indigne est data circa talem defectum, assidue studeamus in Grecis exemplaribus, ut habeamus imitationem ibi, *vos exemplaria Greca*.

Ars, 260-274

Dicit ergo primo sic: aliquis poeta (ut Enius, Accius subaudi) *premit versus missos in scenam*, idest poemata missa ad recitandum, *cum gravi pondere* (hoc dicit ad ostendendum quod laborabant solum quod essent magna volumina, et sic multi sunt qui curant ut multum dicant, non ut bene dicant), *aut turpi crimine opere nimium celeris que* (pro “et”) *caerentis cura*, idest opere facte cito et sine diligentia, *aut turpi carmine ignorate artis*. Quasi dicat: magna poemata plerumque improbantur eo quod sunt facta sine consideratione aut quod sunt facta ab ignorante artem.

Ars, 260-268

Non quivis iudex videt immodulata poemata. Hic docet nos continere licentiam indigne concessam circa supradictos defectus, inducens excusationem quam multi afferunt: primo, scilicet quod non omnis iudex cognoscit poema [c. 92r] *ta non bene composita*, secundo quod data est licentia, dicens *et data est Romanis poetis venia*, idest licentia, *indigna*, idest non digna (ultra hoc quod non unusquisque iudex cognoscat poemata male composita).

Idcircone vager, idest postquam sic est, *vagabor pro libito voluntatis que* (pro “et”) *scribam licenter?*, idest sumpta tali licentia; *an putem omnes visuros mea crimina*, et sic nichil scribam, *tutus et cautus intra spem venie?*, idest licentie, idest stans intutus et cautus, non exstendens me ad spem venie. *Vitavi denique culpam:*

32 intutus] intuito

5

10

15

20

25

30

respondet modo predictis interrogationibus, dicens quod, si sic facio quod nichil scribam, ego *vitavi culpam*, quia non habet aliquis unde me culpet, *non laudem merui*, ut mererer, si aliquid bene componerem.

5 *Vos exemplaria*. Hic incitat autor Pisones ad laudabilem studium Grecorum poematum, ut inde capiant imitationem, dicens: *vos*, scilicet Pisones, *versate exemplaria Greca*, idest poemata Grecorum autorum, unde possint capere exemplar, *nocturna manu que* (pro “et”) *atque diurna*, idest legite die et nocte.

Ars, 268-274

10 *At vestri*: hic tacite reddit causam quare exortetur capere imitationem a Grecis exemplaribus et non a Latinis, ex eo quod aliqui antiqui poete Latini erraverunt, sicut Enius, Accius et Plautus, dicens: *at* (pro “sed”) *vestri proavi*, scilicet antiqui, *laudavere Plautinos numeros*, idest versus Plauti, scilicet illius antiqui poete, *et sales*, idest suas comedias rusticanas, idest quo ad versus et quo ad materiam laudaverunt comedias Plauti²¹³, *nec dicta patienter*, idest non dicta cum patientia, imo cum ira. [c. 92v] Et hoc intelligit quantum ad id quod dicturus est,

15 scilicet *nimum stulte mirati utrumque*, scilicet versus et fabulas, quia laudaverunt id quod non debebat laudari. Et adiungit causam, dicens: *si modo ego et vos*, scilicet Oratius et Pisones, *scimus seponere*, idest dividere, *inurbanum dictum lepido dicto* (et hoc quantum ad fabulas) *que* (pro “et”) *callemus*, idest callide cognoscimus, *legitimum sonum*, scilicet metrorum, *digitis et aure*, computando sillabas et pedes

20 cum digitis et resonantiam versuum cum aure, que non sunt in poemate Plauti, unde debeat laudari.

25 **3.2.3. Ignotum tragice**: hic autor incidentaliter dat notitiam de autoribus tragedie et tria principaliter facit, quia primo facit quod dictum est; secundo dat notitiam de comedia²¹⁴ ibi, *sucessit vetus*; tertio commendat Latinos de omnibus generibus poematum ibi, *nichil intentatum*, etcetera.

Ars, 275-280

Dicit ergo primo sic: quod ego dixerim, imitandos Grecos potius quam Latinos, non mireris, quia Greci fuerunt repertoires omnium poematum. Et hoc ostendit, dicens: *Tespis*, idest ille poeta Grecus, *dicitur ignotum invenisse genus*

30 *tragice Camene*, quia ante ipsum ignotum erat, *et vexise poemata plaustris*, idest

17 *dicto*] dico; 25 *vetus*] *veus*; 29 *invenisse om.* [T.]

10 Plautus] Plautus, et hoc demonstrat per Plautum

5

10

15

20

25

30

representavisse super plaustris; quia, quando primo cepit tragedia representari, fuit representata in curribus, ut de editori loco persone cernerentur, *que*, scilicet poemata, *canent agerentque peruncti ora fecibus*, idest persone tinte coloribus facies suas canerent, idest recitarent et representarent tragedias²¹⁵.

5 *Post hunc*, scilicet Tespudem, *Eschilus*, scilicet alter poeta Grecus, *repertor persone*, scilicet convenientis, scilicet larvate ad recitationem et representationem, *que* (pro “et”) *honeste palle*, idest honesti indumenti apti ad personam (ut, puta, clamidis) *istravit pulpita in modicis tignis*, idest fecit fieri pontes et edificia cum tignis, non modicis, vel valde modicis respectu futuri temporis, et tabulis et ornavit tapetis et aliis pulcris operumentis. *Et docuit*, scilicet poetam *que* (pro “et”) *magnum*, idest magne loqui, idest alta voce in recitatione *que* (pro “et”) *niti coturno*, idest uti illo calciamento; et dicit “niti” quia ille qui stat in coturno inicitur coturno. Quasi dicat: accuratori [c. 93r] modo iste Escilus docuit recitare et refferre per personas larvatas quam Tespis, qui rudi modo representavit et recitavit.

15

3.3. *Sucessit*: hic autor ostendit quod Greci non solum fuerunt inventores tragedie, sed etiam comedie. Et hoc est quod dicit: *vetus comedia*, scilicet poema tractans fabulas de vilibus personis, *sucessit hiis*, scilicet Tespidi et Schilo²¹⁶. Quasi dicat: post tragediam inventam a Grecis fuit etiam inventa antiqua comedia, cuius inventionem ostendit fuisse antiquam (in quantum dicit “vetus”)²¹⁷, *non sine multa laude*, quia multum fuit laudata ab initio, *sed in vitium libertas excidit* (ostendit quod, quia licebat unicuique componere, inceperunt componi fabule diffamatorie et ideo dicit quod *libertas excidit in vitium*), *et in vim*, idest in violentiam, *dignam regi*, idest corrigi, *lege*, idest cum lege. *Lex est accepta* (ut patuit supra) etiam apud Romanos, nedum apud Grecos, *corusque*, scilicet poetarum, *turpiter obtucuit*, quia propter timorem pene, vel a turpibus *sublato iure nocendi*, idest ablata potestate diffamandi, quia fuit imposita pena eviscerationis ad fustem, ubi eviscerati cremebantur.

20

25

30

6 larvate] laurate

14 larvatas] larvatas et introductas

5

10

15

20

25

30

Nichil, etcetera: hec est secunda pars principalis totius artis extrinsece, in qua (sicut protactum est superius) tractat autor de his que considerata sunt circa ipsum opificem sive poetam, et dividitur hec pars in duas, quia primo tractat de his que considerantur circa poetam sicut magis extrinseca; secundo de ipso poeta ibi, *ut preco ad merces*. Ars, 285-476

1. Prima etiam dividitur in tres, quia primo agit de officio poete quod est imitari; secundo de fine poetandi sive poematis ibi, *aut prodesse volunt*; tertio de instrumentis poetandi ibi, *natura fieret laudabilis*. Ars, 285-322

1.1. Primo ergo agit de officio poete, quod est imitare, idest assimilare, quia sicut res geste sunt, ita illas - verbis et gestibus exprimans et imitans - representet. Et circa hoc offitium sic procedit, quia primo tractat de ipso officio quo ad poetas Latinos, secundo quo ad Grecos ibi, *Grais ingenium*, etcetera.

1.1.1. Prima etiam dividitur in duas, quia primo commendat Latinorum studia circa istud, secundo addit de officio doctrinam ibi, *munus et officium*. Prima etiam in duas, quia primo commendat Latinos in officio poetandi, secundo redarguit quorum [c. 93v] dam errorem circa hoc officium ibi, *ingenium miseri*. Prima etiam dividitur in duas, quia primo declarat eorum laudem, secundo monet vitare inpedimentum ibi, *vos, o Pompilius*²¹⁸.

Circa primam partem etiam autor duo facit, quia primo hic autor commendat Latinos qui fuerunt imitati Grecos²¹⁹ in omne genere poematis, secundo demonstrat quod est illud in quo errant Latini poete ibi, *nec virtute foret*, etcetera. Ars, 285-288

Dicit ergo primo sic: nostri *poete*, scilicet Latini, *nil liquere intentatum*, quasi dicat omnia genera tentaverunt facere poematum que Greci fecerant, *nec meruere minimum decus*, sed magnum in suis poematibus, *ausi*, scilicet ipsi poete, *deserere vestigia Greca*, idest etiam non imitando Grecos in suis poematibus, *celebrare domestica facta*, idest ausi honorare facta nostrorum Latinorum, *vel qui pretextas docuere*, scilicet tragedias (pretextas enim erat vestis nobilium et principum, ideo ponitur pro “tragediis”, que tractant de sublimibus personis), *vel qui docuere togatas*, idest comedias (toga enim vestis humilium personarum et ideo ponitur “togata” pro “comedia”, que tractat de humilibus personis)²²⁰.

12 gestibus] gestis [T.]; 20 quia primo declarat om. [T.]; 30 pretextas] in pretextas

5

10

15

20

25

30

5 *Nec virtute.* Hic ostendit quod est illud quod non demittit Latinos superare
 vel saltem equare Grecos in lingua, sicut in virtutibus et armis, dicens: *nec Latium*,
 idest Italia (quod dicitur Latium a “latendo”, quia Saturnus fugiens Iovem latuit in
 his contratis)²²¹, *foret clarius virtute ve* (pro “et”) *potentius armis quam lingua*, ita
 10 excederet vel equaret in lingua sicut in armis et virtutibus, *si non offenderit labor*
lime et mora unumquemque poetarum. Quasi dicat: si Latini poete corrigerent sua
 poemata et tenerent diu sub corectione, ipsi essent clari et potentes in lingua: sed
 subita publicatio et incorectio sunt duo vitia que faciunt errare poetas Latinos, et
 15 ideo intelligitur “mora publicationis et compositionis”²²². Multi enim credunt se
 laudare, cum dicunt quod in brevi tempore composuerunt, quibus potest fieri
 conclusio: ergo male labor lime²²³ (vero intelligitur “corectio”, quia, sicut polit
 ferum et equat, ita corectio poema).

15 *Vos, o Pompei* [c. 94r] *lius.* Hic monet vitare hec duo inpedimenta que dicta
 sunt, dicens: *vos*, scilicet Pisones (sanguis Pompilius a positive, quia de sanguine
 Pompilie Nume fuerunt)²²⁴, *reprendite carmen*, scilicet illud poema, *quod non*
multa dies coercuit, idest tenuit sub clave et sigillo absque publicando, *et quod*
multa litura, idest cancellatura, *non coercuit*, idest non emendavit, *et quod non*
gastigavit decies, quia non sufficit tantum corrigere semel, sed decies, *ad perfectum*
 20 *unguem*, idest usque ad finem²²⁵. Quia, sicut unguis est ultima pars corporis
 humani, ita vult dicere quod poema debet esse correptum usque ad finem et debet
 esse perfectum quia male staret, si finis non esset perfectus.

25 *Ingenium misera:* in ista parte autor reprendit errorem quorundam circa
 officium imitationis. Est enim imitatio, ut dicit Tullius, ut alicuius «in dicendo effici
 similes velemus»²²⁶ et error est talis quod multi credunt stilum ingenium²²⁷ sine
 arte posse sufficere ad fingendum poemata; et sic isti non vacabunt circa studium,
 nec laborabunt esse similes aliis in dicendo, imo, inclusi, vacabunt circa suas
 fantasias, decepti opinione Democriti, qui ponebat omnia venire casu et fortuna²²⁸.

30 Et duo principaliter facit, quia primo facit quod dictum est, secundo dat
 documentum circa imitationem ibi, *respice exemplar*, etcetera, dicens sic: *quia*
Democritus, scilicet ille philosophus, *credit ingenium fortunacius misera arte*, idest
 habet oppinionem quod ingenium magis augeatur homini a fortuna quam ab arte,
 quam appellat “misera” eo quod sua oppinio est quod ars nichil potest dare ingenio,
 si fortuna non dat²²⁹; et *excludit*, idest extra pellit secundum istam opinionem²³⁰,

8 incorectio] incerectio; 24 credunt om. [T]; 27 opinione om. [T.]

5

10

15

20

25

30

sanos poetas, idest simplices qui sibi credunt, *Elicone*, idest ab Elicone (Elicon est unum cacumen Parnasi, ubi erat Cirra civitas et Castalius fons Musarum: dicebatur ibi esse fons [c. 94v] Musarum, quia ibi erat studium, et ideo Elicon ponitur pro “scolis”, pro “studio” ubi capitur doctrina)²³¹, quia sic credebat Democritus. *Bona pars*, scilicet magna poetarum, *non curat ponere*, idest deponere, idest tondere, *ungues* (quando magni sunt), *non barbam*, etiam curat deponere²³², *secreta petit loca*, ut ibi posit fantasticari et experiri ingenium, *balnea vitat*: ubi esset clamor et conventus personarum, ibi non posset exercere ingenium²³³. *Nanciscetur enim* (pro “quia”), idest acquireret, *pretium nomenque poete*, scilicet ille talis, *si numquam comiserit tonsori Licino*, idest illi barberio qui vocabatur Licinus²³⁴, ut lavet *capud*, scilicet suum, *insanabile tribus Anticiris*, idest tribus potationibus purgantibus caput (Anticira enim est insula ubi nascitur helleborum, ad capitis purgationem necessarium, et ponitur pro “hellebero” et Oratius posuit hic pro medicina facta de hellebero)²³⁵.

15 *O* (admirantis est) *ego levus*, scilicet (“Oratius” subaudi) dicor a talibus, *qui purgor bilem*, idest amaritudinem stomachi: patiebatur enim Oratius dolorem stomachi, unde medicinabatur in vere, ut staret sanus in estate, ut consuetudo est quam plurimum hominum; et hoc est quod dicit *sub horam*, idest per horam, *verni temporis*, idest tempore veris²³⁶.

20 *Nam alius*, scilicet poeta, *faceret meliora poemata* quam ego, scilicet Oratius, si non purgarer: derisorie loquitur hic autor, deridet enim illos qui negligunt curam sue sospitatis pro aquirendo nomen poete. *Verum* (pro “sed”) *nil est tanti*, scilicet pretii, mihi Oratio quanti est sanitas mei corporis et ideo volo potius non facere poema. Et dato quod non faciam, facere poemata docebo poetas,

25 et hoc est quod dicit: *ego fungar vice cotis*, scilicet ego Oratius faciam sicut cos, que non incidit et facit ferrum incidere (cos est enim lapis aptus ad incidendum ferrum); ita ego non componam poemata, et docebo componere, *quam*, scilicet cos, *ipsa exors secandi*, idest sine parte secandi, quia secare non potest, *valet reddere ferrum acu* [c. 95r] *tum*²³⁷. Ita ego *nil scribens*, idest nullum poema componens,

30

21 purgarer] purgarerer; 26 aptus] aptum

29 idest] idest Oratius

5

10

15

20

25

30

docebo munus, idest unde poeta possit habere munus, *et officium*, scilicet poete, *unde*, idest a quo officio, *parentur opes* a poeta *quid alat formetque poetam*, idest nutriat et informet poetam²³⁸, *quid deceat, quid non*, deceat poetam, *quo virtus, quo ferat error*, ipsum poetam.

Ars, 309-316

5 *Sapere est principium et fons scribendi recte*: hic tradit doctrinam de officio poete, quod est ipsam materiam verisimiliter fingere et ordinate disponere et apte ad ipsam dicere et convenienter pronutiare, et ideo ostendit quod poete necessaria est philosophia ad poema componendum, que docet omnia ista. Et ideo dicit: *Socratice carte*, idest libri Socratis, *poterunt tibi ostendere rem*, idest materiam inveniendam et disponendam, quia Socrates fuit philosophus moralis, quia optime tractavit de moribus hominum²³⁹, *verbaque non invita*, idest non inepta sed apta ad materiam, *sequentur provisam rem*, idest provisam materiam.

10

Nunc ostendit in quibus consistit officium poete: *qui dicit, quid debeat patrie et quid amicis, / quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes, / quod sit conscripti, quod iudicis officium, que / partes in bella missi ducis, ille profecto / scit reddere convenientia cuique personae*²⁴⁰. Octo enim officia tangit in lictera, que sunt necessaria volenti vivere civiliter et naturaliter, que debet scire poeta, ut possit reddere convenientia cuique persone. Est ergo primum officium eius erga patriam, amici erga amicum secundum, tertium amor filii erga parentes, quarto amor fratris erga fratrem, quintum amor hospitis erga hospitem, sextum officium consultoris, septimum officium iudicantis, octavum officium ducis exercitus. Et nota quod differentia est inter “amicum” et “hospitem”, quia potest esse amicus, licet non sit hospes, sed hospes non nisi amicus, quia homines habentes simul conversationem convivendi dicuntur hospites, ut, puta, quando se alterum [c. 95v]

15

20

25

recipiunt in domibus suis: sunt enim amici familiares, et domestici amici sunt qui tantum se diligunt et sibi ad invicem serviunt, licet non habent in simul convictum²⁴¹.

Ars, 317-322

Respicere exemplar: hic autor subiungit aliud documentum circa hec, scilicet quod poeta debet considerare vitam et mores personarum et inde sumere similitudines, quia plus debet initi poeta circa bonam sententiam quam circa verba decora. Et duo facit, quia primo dat doctrinam, secundo ostendit ipsius doctrine observantie utilitatem ibi, *interdum speciosa iocis*.

30

1 habere] aquirere

5

10

15

20

25

30

Dat primo doctrinam, dicens: sic ego, scilicet Oratius, *iubebo doctum imitatore*, idest poetam qui vult docte imitari, *respicere exemplar vite que* (pro “et”) *morum*, scilicet personarum de quibus dicturus est et quas introducturus est, *hinc*, idest a tali exemplari, *ducere vivas voces*. Quasi dicat: respiciat poeta qualiter
 5 dixerit aliquis bonus poeta de aliqua persona simili illi, de qua ipse vult dicere, et imitetur eum, dando sue persone que dedit ille bonus sue. Ut, puta, sicut Virgilius inducit Eneam quem ubique dicit “pium”, sic tu, poeta, qui vis fingere poema tuum de aliquo pio principe, debes inducere tuum principem de quo tu fingis poema.

Et subdit utilitatem observantie huius doctrine, dicens: *interdum fabula
 10 spetiosa locis*, idest pulcra propter iocosam materiam, *morataque recte*, idest secundum mores convenientes personis recte composita, *nullius Veneris*, et quamvis nullius pulcritudinis sit quo ad verba, *sine pondere*, idest quamvis sit sine gravitate sententiarum, *et arte*, idest quamvis sit sine artificio, idest quod non serventur precepta artis²⁴², *validus*, idest validius, *oblectat populum Romanum*
 15 audientem talem fabulam, *que* (pro “et”) *melius moratur*, idest detinet eum ad audiendum, *quam versus inopes rerum*, idest quam versus resonantes quo ad verba, et carentes moralitate rerum et exemplari vite personarum²⁴³; et ideo expositive tenetur id quod sequitur: *que* (pro “scilicet”) *nuge canore*, idest resonantes, quasi dicat: tales versus sunt nuge [c. 96r] resonantes que non placent populo, quales sunt
 20 versus introducti a Persio in prima *Satira*, scilicet «Torva mamillonis implerunt cornua bombis. Et raptum vitulo caput ablatura superbo bassaris et lincem genas flexura corimbis heuchion ingeminat resonabilis esonat echo»²⁴⁴.

1.1.2. *Grais ingenium*, etcetera: hic tractat de offitio poete, quod est imitari, Ars, 323-332
 25 ut dictum est, quo ad Grecos. Et duo principaliter facit, quia primo commendat Grecos in tali officio, secundo improbat Latinos et reprehendit in eo ibi, *Romani pueri*.

Dicit primo sic: *Musa dedit Grais*, idest Grecis poetis, ingenium quo possent
 30 respicere exemplar vite et mores et imitari recte, et dedit Grais *loqui rotundo ore*, idest dedit loqui resonanter, quia in rotundato ore melius sonant verba; *avaris*, scilicet Grecis, *nullius*, idest nullius rei, *preter laudem*, idest quia nil aliud adpetebant quam laudem et ideo valebant in poesi, sed non ita Romani qui vacant tantum divitis aquirendis²⁴⁵.

Ars, 323-324

19 dicat *om.* [T.]

5

10

15

20

25

30

Romani pueri discutunt diducere, id est dividere, assem, id est libram, in centum partes longis rationibus. Et est hic notandum quod as est libra, que dividitur in duodecim uncias, que sic nominatur: uncia sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bisse vel bissa, dodrans, dextaris, deunx, as sive libra. Unde versus:

5 «Assis bissena pars dicitur uncia plena; assis tollatur pars una deunxque vocatur; tolle duas sextunx, et erit pars altera deunx; excipe tres quadrans, et erit pars altera dodrans; quattuor ablati, pars est - bene si numeratis - illa triens; bisse quod restat credo fuisse; si tollas quinque facta quinquince relinque; septunce demis, sed erit pars cetera semis»²⁴⁶.

10 Et deridendo huiusmodi nominat filium Albini, qui forsan arismetrice studebat, dicens: *dicat filius Albini*, id est filius illius Romani sic vocati²⁴⁷, «*si de quincunce remota est uncia, quid superat?*», id est quantum remanet si de quinque uncis removeatur? *Poterat dixisse*, scilicet ipse [c. 96v] filius Albini: «*superat triens*», id est quattuor uncie remanent²⁴⁸. «*Ehu!*»: interiectio exclamantis est, quia autor exclamat in eum, dicens: «*Rem poteris servare tuam*», id est divicias tuas, postquam seis istas divisiones et multiplicationes arismetricorum. «*Redit unciam*, scilicet super quincunce; *quid sit?*», id est quantum est tunc?, et ipsemet respondit: «*Semis*», id est media libra, id est sex uncie.

20 Modo concludit: *ad hec*, scilicet supradicta, *cum semel erugo*, id est rubigo, *et cura peculi*, id est peculii subtrahitur, id est causa metri, id est pecunie, *imbuerit animos*, scilicet puerorum, *speramus posse fingere carmina*, id est poemata (quasi dicat: non est sperandum!), *linienda cedro*, id est cancellanda de tabulis cedrinis, in quibus ceratis antiqui scribebant cancellanda²⁴⁹, que, correcta, reponebantur in tabulis cupresinis; et ideo subiungit *que* (pro “et”) *servanda levi cupresso*, id est conservanda postea in plana et delicata tabula cupressina²⁵⁰.

25

1.2. *Aut prodesse volunt*, etcetera: hic autor agit de fine poete fingentis poemata et duo facit, quia primo tractat de ipso fine, secundo de fructu ipsius ibi, *silvestres homines*.

Ars, 333-407

30

1.2.1. Prima etiam dividitur in duas, quia primo tractat de ipso fine, secundo ostendit qui et quales poete ipsum asequantur et qui non ibi, *o maior iuvenum*;

Ars, 333-365

4 dextaris] destrans [T.]; 22 cedro] cedero

5

10

15

20

25

30

prima etiam dividitur in duas, quia primo tractat de ipso fine, secundo introducit aptam similitudinem comperando ipsum poema picture ibi, *ut pictura poesis erit*.

Circa primam, ubi agit de ipso fine, etiam duo facit, quia primo facit quod dictum est, secundo ostendit qui defectus sunt tollerandi in predictis et qui non ibi, *sunt delicta tamen*. Circa primam partem, ubi agit de fine, etiam duo facit, quia primo ostendit quotuplex sit, subsequenter dat doctrinam circa ipsum ibi, *quidcquid precipies*; et ista dividitur in tres, quia primo dat doctrinam circa primum, secundo circa secundum ibi, *ficta voluptatis*, sed tertio circa tertium ibi, *centurie seniorum*²⁵¹.

10 Dicit ergo: primo nota, lector, scilicet quod triplex est finis poete, scilicet aut prodesse tantum vel delectare tantum, vel prodesse et delectare simul. Et [c. 97r] hoc est quod dicit: *aut prodesse volunt*, scilicet tantum, *poete aut delectare*, scilicet tantum, *aut simul dicere et iocunda*, idest delectabilia, *et idonea vite*, idest utilia. Nunc subinfert doctrinam circa primam partem, dicens quod, quando poete volunt
15 prodesse, debent ponere sententias breves, ut ocius capiantur et firmiter in memoria retineantur. Unde dicit: *quidcquid precipies*, scilicet tu, poeta, volendo prodesse lectori, *esto brevis* (et bene fecit ille qui composuit libellum Catonis et bene tetigit in fine quando dixit: «Miraris verbis nudis me scribere versus hos brevitatis sensus fecit coniungere binos»)²⁵², addit auctor causam utilem, dicens: *ut cito dicta*, idest ut
20 breves sententias, *percipiant animi dociles*, scilicet lectorum (ecce primam causam) *que* (pro “et”) *fideles*, scilicet animi, *teneant*, idest quod non tradant oblivioni. Ecce secundam causam et addit rationem, dicens: *omne supervacuum manat de pleno pectore*, idest omne nimium effluit quando pectus habet tantum quantum tenere potest, sicut vas, postquam plenum est, fundit quicquid supermictitur.

25 Infert nunc doctrinam circa secundam partem, dicens quod ficta causa delectationis debent esse verisimilia. Et hoc est quod dicit: *ficta causa voluptatis*, idest poemata composita pro delectando, *sint proxima veris*, idest sint verisimilia²⁵³, *ne*, idest non, *fabula poscat sibi credi quodcumque velit*, idest non petat in omnibus dari sibi fidem, sed ostendat verisimilia. *Neu pranse Lamie vivum puerum extrahat alvo*: ponit exemplum prohibitionis, dicens quod fabula ficta causa delectationis non debet fingere quod extrahatur puer vivus de ventre Lamie, idest strege secundum vulgare, *pranse*, idest que primo commederint ipsum²⁵⁴.

Ars, 333-334

Ars, 335-340

18 miraris] mirararis; 18 verbis om. [T.]

5

10

15

20

25

30

Infert ultimo doctrinam de tertia parte, commendando tertium finem qui est
 compositus de utili et delectabili, dicens: *centurie seniorum*, idest cohortes senum,
 idest senes sive centurie, idest divisiones facte per centum, *agitant*, idest
 5 persecuntur et improbant vel transeunt, tanquam negligentes expertia frugis, idest ea
 que sunt sine parte utilitatis, quia senes cupiunt utilia audire et his delectantur [c. 97v];
celsi Rannes, idest illi nobiles Romani qui erant iuvenes²⁵⁵ (et dicit “celsi”, idest alti
 animi), *pretereunt*, idest transeunt et dimictunt non curantes *austera poemata*, idest
 aspera, que corrigunt, que prosunt solum et non delectant.

Ars, 341-346

Ideo concludit: ille *tulit*, idest habuit, *omne punctum*, idest omnem
 10 consensum (et sumit similitudinem ab electionibus factis ad scrutineum secretum,
 quando datur consensus electorum, quia pro singulo electore dante consensum
 eligendo, apponitur nomini eligendi unum punctum)²⁵⁶, *qui miscuit utile dulci*, idest
 qui non solum delectavit nec solum profuit, sed delectavit et profuit; et hoc est quod
 dicit *lectorem delectando*, suum, *pariterque monendo*. Commendat ultimo tale
 15 poema, dicens: *hic labor*, scilicet qui delectat et prodest, *meret era*, idest aquirat
 denarios, *Sociis*, idest cartariis, quia “Socii” ibi dicebantur “cartarii” Rome, quia
 requiritur a multis, et ecce primam utilitatem; *hic et mare transit*, idest divulgatur in
 partes remotas, et ecce secundam utilitatem; *et prorogat longum evum*, idest dat
 longam vitam, *scriptori*, idest poete qui finxit, *noto*, idest per famam cognito, idest
 20 famoso, et ecce tertiam utilitatem.

Sunt delicta tamen: hic ostendit qui defectus sunt substinendi in poemate et
 qui non, et duo facit, quia primo ostendit qui defectus sunt substinendi, secundo
 ostendit qui non sunt substinendi ibi, *quid ergo*. Sed prima dividitur, quia primo
 ostendit quedam delicta esse tolleranda; secundo adducit ad confirmationem huius
 25 extra ibi, *nam neque corda*; tertio confirmat quod dictum est, declarando paucitatem
 delictorum esse tolerandam ibi, *verum ubi plura nitent*.

Ars, 347-365

Dicit ergo primo sic: licet nostra doctrina sit ita stricta (ut patet per supra
 dicta), *tamen sunt delicta*, ut, puta, levia et pauca, *quibus nos velimus ignovisse*,
 idest dedisse veniam. *Nam neque*: nunc confirmat per [c. 98r] exemplum cithariste,
 30 dicens quod non semper citharista dat legiptimum sonum qualem vult manus sua et
 mens sua, et hoc est quod dicit. *Nam* (pro “quia”) *neque corda*, scilicet cithare,
reddit sonum quem vult manus et mens, scilicet artificis, *que* (pro “et”) *quandoque*
remittit acutum poscenti gravem, scilicet sonum; adducit aliud exemplum quando

Ars, 347-353

3 sive *om*. [T.]; 3 idest *om*. [T.]; 9 *omne*] *omnem*; 17 primam utilitatem] prilitatem

5

10

15

20

25

30

dicit: *nec arcus semper feriet quodcumque minabitur*. Quasi dicat: arcista non semper dirigit sagittam quo vult, et sic poete continget aliquando contra voluntatem suam non sic recte dicere.

5 Et ultra confirmat quod dictum est, declarando paucitatem delictorum in longo opere esse tolleranda, dicens: *verum* (pro “sed”) *ego non offendar paucis maculis in illo carmine existentibus ubi*, idest in quo, *plura nitent*, idest splendent, quia bene sunt composita, *quas*, scilicet maculas, *aut incuria*, idest inadvertentia (quasi non cura), *fudit*, idest extra misit in variis locis, *aut humana natura*, que est defectuosa, *parum cavit*, idest vitavit modicum, quia non tantum quantum potuit. Et
10 sic ostendit duas esse causas levium delictorum et paucorum, scilicet inadvertentiam, negligentiam.

Modo ostendit delicta que non sunt substinenda, dicens: *quid ergo?* (“dicemus” subaudi). *Ut*, idest sicut, *scriptor librarius*, idest librorum, *si peccet idem*, idest circa idem, *usque*, idest semper, *quamvis est monitus* de suo delicto, *venia caret*, idest non meretur veniam, *et citharedus qui semper oberat eadem corda ridetur*, idest deridetur, *sic* (hoc refertur illi adverbio “ut” quod precedit) *ille qui multum peccat, cessat*, idest peccat in suo poemate, *fit mihi Cerilus*, idest videtur a me Cerilus (qui fuit poeta Alexandri Magni et scripsit gesta sua et adeo peccavit quod, nisi bis vel ter, bene dixit)²⁵⁷, et ideo *quem*, scilicet Cerilum, *bis terque bonum*, ego Oratius, *miror cum risu*, quia derideo ipsum. *Et idem indignor* quod fuerit ausus componere poema. Et respondet tacite obiectioni quam ipsemet inducit, dicens: *quandoque bonus* [c. 98v] *Homerus dormitat*, quasi dicat: tu posses michi dicere quod boni et summi poete quandoque eraverunt, sicut qui dormit, quasi dicat inconsiderata. Cui respondit: concedo tibi, *verum* (pro “sed”) *fas est obrepere sonum in longo opere*, idest in poemate magno, non in parvo.
15
20
25

Ars, 354-365

Ut pictura. Hic assimilat poema picture, scilicet pulcrum pulcre et fedum fede²⁵⁸, dicens sic: *poesis*, compositio poematis facta a poetis, *erit ut pictura*, idest similis picture, *que*, scilicet bene picta, *proprius stes*, idest si respicies a propinquo, *te capiet magis*, idest delectatione sua te magis alliciet, *et quedam*, scilicet pictura male composita, *si longius abstes*, idest si sis longinquo, *capiet te magis* quam si eris propinquus, quia non videbis ita suos defectus a longinquo sicut a propinquo²⁵⁹. Et sic a simili poesis recte composita magis capit expertum et scium, tanto quanto plus subtiliter conspicitur, et male composita placet solum remoto, idest ignorantibus
30

15 *venia*] *veniam*; 27 compositio] incomposito

5

10

15

20

25

30

artem. Et ideo subdit: *hec*, scilicet pictura male composita, *amet obscurum*, idest obscuritatem, umbram, ut non videatur; *hec*, scilicet bene composita, *volet videri sub luce*, idest sub claritate, *que*, scilicet pictura, *non formidat*, idest timet, *aciem*, idest subtilitatem ingenii, *arguti iudicis*, idest sapientis vel subtilis iudicatoris; *hec placuit semel*, scilicet mala poesis, *hec decies repetita placebit*, scilicet bona poesis. *O maior iuvenum*: hic ostendit qui et quales assecuntur finem ipsum et qui non. Et circa hoc tria facit, quia primo ostendit quod solum perfecti poete assecuntur; in secunda assimilat poema convivio ibi, *ut gratas inter mensas*; in tertia reprehendit presumptionem insufficientium ibi, *ludere qui nescit*; in quarta ipsam presumptionem dissuadet ibi, *tu nichilo invita*; in quinta dat remedium ibi circa talem presumptionem, *si quid tam olim*, etcetera.

Ars, 366-390

Ars, 366-373

Dicit ergo quod finem poete non assequitur nisi bonus et perfectus poeta, quia, licet mediocritas substineatur incertis rebus - ut, puta, in iudiciis - non substinetur in poetis: [c. 99r] aut poeta erit perfectus aut nullus olim, etcetera. Ideo dicit: *o maior iuvenum*, scilicet Pisonum, *quamvis tu fingeris ad rectum*, idest componeris ad rectitudinem, *et voce paterna*, scilicet Pisonis qui docet te, *et per te sapis*, quia sufficiens es per te ipsum, tu ipse *memor tolle hoc dictum tibi*, idest teneas tibi in memoria, *medium*, idest mediocritatem, *recte concedi et esse tollerabile ceteris rebus*, sed non omnibus, et maxime poetis. *Consultus iuris*, idest aliquis iudex, *et autor causarum*, scilicet aliquis orator, *mediocris abest*, idest longinquus est, *virtute deserti*, idest a virtute eloquentis *Messale*, idest illius hominis sic vocati qui fuit desertus (supple “et tamen est in pretio”)²⁶⁰; *nescit Aulus quantum Casselius* (ambo fuerunt iuriste)²⁶¹, *et tamen in pretio est ipse Aulus*, sed in poetis non sic est. Unde subdit: *homines*, scilicet populares, *non concessere* poetis esse mediocribus, similiter *dii* (“non concessere”), scilicet imperatores et reges, *non columne*, scilicet senatores²⁶² (similiter “concesserunt”).

Ars, 374-378

Ut gratas: nunc assimilat poema convivio, dicens quod, sicut in convivio oportet omnia esse perfecta ad hoc ut delectet, sic in poemate. Et ideo dicit: *ut discors somphonia*, idest istrumentum illud musicum (“discors” dicit quia non habeat consonantiam), *et crassum unguentum*, idest non servavitur redolens unguentum (hoc dicit quia antiqui solebant ungere caput discunbentium odoriferis unguentis ad delectandum odoratum, unde dicit Oratius quod, si sit non suaviter redolens sic simphonia que requirebatur ut delectaret auditum, si sit non bene

9 reprehendit] reprehndit

5

10

15

20

25

30

concina), *et papaver cum sardo melle* (solebant etiam dare ad delectandum gustum loco confectionum papavera cum melle; dicit modo autor “cum sardo melle”, quod non est ita bonum sicut nostra)²⁶³, tunc sicut omnia ista que non nisi ad bene esse convivii sunt, si non sunt perfecta, *offendunt*, scilicet discumbentes, *quia poterat*
 5 *cena duci sine istis*, cum non sint necessaria, sed ad bene esse. *Sic animis*: modo adaptat similitudinem, dicens: *sic poema natum*, idest narratum, *inventumque iuvandis animis* a principio, scilicet audientium, *si paulo cessit*, idest recessit, *summo* [c. 99v] idest a summate perfectionis, *vergit ad imum*, idest in infimum vilitatis.

Ars, 379-384

10 *Ludere qui nescit*: hic reprehendit autor presuntionem insufficientium qui licet nesciant componere perfecta poemata, tamen audent, ostendendo quod male faciunt per similitudines ludentium. Unde dicit: *ludere qui nescit* (intelligitur “ille qui nescit ludere ludo gradiature”) *abstinet campestribus armis*, idest non utitur armis campestribus; *que* (pro “et”) *indoctus pile* (quidam ludus erat pila Romanorum forte, alius quam noster)²⁶⁴; *trocive*, similiter trocus (ludus qui etiam
 15 fiebat alio modo quam noster); *discive* (*ve* pro “et”). Discus similiter ludus fuit antiquorum et erat ludus periculi, ut refert Ovidius *Metamorphoseon* in decimo, de puero Ati ludente cum Appoline disco, quo interfectus est et, mutatus in florem qui dicitur “Iacintus”, quiescit, scilicet a talibus ludis²⁶⁵. Ecce causam, scilicet ne derideatur ab astantibus, et ideo dicit: *ne spisse risum tollant impune corone*, idest
 20 ne astantes rideant sine pena aliqua: licebat enim ridere quando aliquis faciebat ludos, prout non debebat sine aliqua pena, secus autem si faceret ut deberet. Modo adaptat similitudines ad propositum per oppositum, quasi dicat: non sic faciunt versificatores qui, nescientes, conantur facere metra. Et ideo dicit: *qui nescit versus fingere*, scilicet facere, *tamen audet fingere*, idest facere, quamvis nesciat. *Quidni?*,
 25 idest cur: non modo adiungit causam talis presuntionis quam deridet, dicendo quare non debet fingere; ecce causas quare debet *liber* (intelligitur “est”) *et ingenuus*, idest nobilis, *presertim*, idest precipue, est illi *census equestrem summam nummorum*, idest usque ad equestrem summam nummorum, idest ut possit fieri miles²⁶⁶ *que* (pro “et”) *remotus ab omni vitio*. Et ideo bene potest facere versus et
 30 hoc dixit derisorie, quoniam alia requiruntur ad compositionem versuum quam supra dicta.

8 *summo*] *it. summo*; 27 *equestrem*] *equestre*; 27 *summam*] *suam* [T.]; 28 *equestrem*] *equestre*; 28 ut *om.* [T.]

5

10

15

20

25

30

Modo ipsam presumptionem dissuadet exemplo Pisonis, dicens: *tu*, scilicet maior iuvenum Pisonum, *nichil dices ve* (pro “et”) *facies invita Minerva* (Minerva erat dea sapientie et ponitur pro ipsa sapientia), idest contradicente [c. 100r] Sapientia, idest quando non habebis scientiam eius²⁶⁷, *id tibi iudicium* (intelligitur “est”) *ea mens*, et potest legi interrogative et demonstrative, quasi dicat: ita iudicas et ita ius, ut dixi. “Mens” ponitur hic pro “voluntate”.

Ars, 385-386

Modo subiungit consilium suum, dando remedium circa talem presumptionem, quod est quasi correctio, dicens: *tamen* (pro “sed”) *si quid*, idest si aliquid, *scripseris*, idest scribes, dato etiam quod non presumas, scilicet quod scias, *descendat in aures Metii iudicis*, idest recita - priusquam manifestes - Metio, qui erat unus de correctoribus librorum²⁶⁸, *et patris*, scilicet tui Pisonis, *et nostras*, scilicet Oratii, qui sum etiam de correctoribus, *nonumque prematur in anum*: novem anni dabantur poetis ad corrigendum poemata sua, et ponitur hic “prematum”, idest supprimatur, idest taceatur, usque ad nonum annum. *Positis membranis intus*, idest cartis in quibus erit scriptum poema: in interiori sede sub clavi et sigillo in templo Apollinis ponebantur poemata correcta et emendata in publico. Inemendata sub sigillo et clavi *delere licebit*, idest cancellare, si quid male stabit, *quod non edideris*, idest non publicaveris, *nesciet vox missa reverti*, idest, postquam publicaveris, non poterit esse quod non sit publicatum. Et est notabile versum etiam ad alia, ut, antequam loquatur, homo respiciat quid loquitur, quia - ut alias dixit - «quod semel emissum volat inrevocabile verbum»²⁶⁹.

Ars, 386-390

1.2.2. *Silvestres*, etcetera: hic ostendit fructum ex tali obtento fine poematis, qui est multiplex (ut patet in littera), tamen triplex, qui contingit poetis, scilicet honor, gloria et gratia. Et duo principaliter facit hic, quia ostendit multiplicem fructum ex poemate, quando obtinet debitum finem dictum supra; secundo autenticat poesim respectu Apollinis, qui ea usus est ibi, *ne forte pudori*.

Ars, 391-408

Ostendit ergo primo multiplicem fructum quem dat poema legentibus, exemplo Orphei, Amphionis, Homeri et Pindari²⁷⁰ et aliorum quos non [c. 100v] nominat, dicens sic: *Orpheus*, ille poeta de Tracia, *sacer*, quia sacerdos fuit, *interpresque deorum*, quia canebat etiam futura, *deterruit*, cum terrore removit, *silvestres homines*, idest nondum structos habitantes silvas, *cedibus et victu fedo*. (Ecce duplex fructus legentibus sive audientibus poema Orphei, quia, remoto, vehebatur a crudelitate²⁷¹ sive rapacitate), *dictus ob hoc lenire*, idest mitigare,

28 est om. [T.]

5

10

15

20

25

30

tigres, idest illa ferocia animalia (hic notat mitigationem crudelitatis) *sevosque leones*: hic notat mitigationem rapacitatis et respicit hic ad fabulam scriptam de eo, que fingebat ipsum cithara sua mitigare animalia ferocia et mutare omnia a sua natura.

5 *Et Amphion conditor Thebane arcis*: Cadmus vero edificavit Thebas, sed Amphion arcem, *dictus* (intelligitur “est”) *movere saxa sono testudinis* (respicit ad fabulam que dicit quod Amphion, pulsando testudinem suam, movebat saxa et construebantur in murum; tamen vult intelligere quod facundia sua movebat homines induratos ut saxa a duritie sua et faciebat componere muros arcis), *et prece*
10 *blanda ducere ipsa saxa*, idest homines induratos ut saxa, *quo vellet*, idest ad voluntatem suam. Ecce nunc exposuit quid intelligitur per “sonum testudinis”, scilicet “blandas preces”.

Fuit hec sapientia, scilicet facundia, *quondam*, idest antiquo tempore (“utilis” intelligitur) *secernere*, idest ad secernendum, idest dividendum et
15 cognoscendum, *publica*, idest comunia, *privatis*, idest a privatis, idest propriis; *sacra profanis*, idest a profanis, idest a maledictis; *prohibere*, idest ad prohibendum homines, *vago concubitu*, quo utuntur bestie que non habent proprium maritum nec propriam uxorem, quo concubitu etiam quidam populi utuntur; *dare iura maritis*, hoc sequitur ex primo, idest dare iura matrimonii, ut singulus habeat singulam et
20 non imisceat se estranee; *oppida moliri*, [c. 101r] idest fabricare civitates; et *incidere leges ligno*: hoc dicit quia antiqui scribebant leges in tabulis et ponebant in loco publico, ut ab omnibus possent legi. Et potest intelligi quod poesis in hoc erat utilis dupliciter, quia inducebat homines ad parendum legibus, vel quia carminibus scribebantur²⁷².

25 Et concludit postea fructus contingentes poetis, dicens: *sic honor et nomen divinis vatibus atque carminibus venit*, idest honor et gloria fuit data poetis; et dicit “divinis”, quia quasi divina tractabant, sicut Orpheus, Linus, Amphion, etcetera, quibus omnibus contigit honor et gloria²⁷³.

Post hos supra dictos, qui tractaverunt divina, *insignis Homerus*, idest nobilis, *Dirceusque*, idest Pindarus secundum multos; tamen “Dirceus” a Dirce fonte prope Thebas, qui consecratus fuit Muis, unde omnes poete Greci possunt dici “Dircei”²⁷⁴, unde Virgilius, Amphion, Dirceus «in ateo arachinto»²⁷⁵, et sic posset intelligi de Homero, sibi adiectivando, *exacuit*, idest instruxit cum versibus

2 ad om. [T.]

5

10

15

20

25

30

suis, *mares animos*, idest fortes virtuosos, *in Martia bella*, idest in bella dedicata Marti, quia Homerus in *Acchileide* tractavit de bellis.

5 *Sortes*, idest responsa deorum, *sunt dicte per carmina*, idest per opera poetarum, *et via vite est monstrata*, etiam per carmina est monstrata via vite eligenda, *et gratia regum*, idest amicitia principum et dominorum, est *tentata*, idest aquisita, *Pieriis modis*, idest modis Musarum: quia Pierius fuit pater Picarum victarum a Musis et ideo Pierides sunt dicte Muse, denominate sic a victoria, et Pierius, -a, -um, idest musaicus, -a, -um²⁷⁶ (et iste est tertius fructus poetarum describentium gesta principum, qui, preter honorem et gloriam, aquirunt sibi favorem et amicitiam principum); *que* (pro “et”) *ludus*, idest iocosa satira de qua fuit dictum supra et in 10 libro *Epistularum*: «Agricole [c. 101v] prisci»²⁷⁷, etcetera; *et finis* longo operi etiam est *repertus cum Pieriis modis*, ut patet in dicto libro.

15 Modo autenticat poesim respectu Appollinis, qui ea usus est, dicens: *ne*, idest ut non, *forte Musa*, idest ars poetandi, *sit pudori tibi*, o maior iuvenum Pisonum, idest ne reducas tibi ad verecundiam artem poetandi, noveris quod *Apollo*, qui est deus sapientie, *est solers lire*, quia citharista dicitur Apollo, *et cantor*, quia decantavit carmina et sic, si talis deus secutus est poesim, tu non debes imputare tibi ad verecundiam poesim.

20 **1.3. Natura**, etcetera: hic agit de istrumentis poetandi per que poeta nititur et operatur, ut perveniat ad intentum finem. Et ista duo sunt, scilicet ingenium et *Ars, 408-418* studium, et circa hoc sic procedit, quia primo antiquam dubitationem circa hoc (scilicet utrum horum duorum sit efficacius ad poema condendum) movet; secundo iudicium suum de premissa questione subiungit ibi, *ego nec studium*; tertio nos 25 informat de studio ibi, *qui studet optatam*; quarto negligentiam impiorum circa studium ostendit ibi, *nunc satis est*.

Movet ergo primo questionem, dicens: *quesitum est*, scilicet ab antiquis, *an* *Ars, 408-409* *carmen fieret laudabile a natura*, idest ingenio quod est a natura, *an arte*, circa quam requiritur studium, quia per ipsum ars aquiritur.

30 Modo iudicium suum de premissa dubitatione subiungit, ostendens quod neutrum de per se²⁷⁸ sufficit sine altero, sed utrumque alterius indiget adiumento, dicens: *ego*, scilicet Oratius, *non video quid studium posit sine divite vena*, idest sine ingenio, *Ars, 409-411*

5

10

15

20

25

30

nec video quid prosit rude ingenium, idest sine studio, quia tunc est rude ingenium quando arte non informatur²⁷⁹. *Sic altera res*, scilicet studium, *poscit opem*, idest auxilium, *alterius rei*, idest ingenii, et e contrario, *coniurat amice*, in unum fedus et pactum veniunt amicabiliter requirendo alteram alteram.

5 Postea, obmissa ingenii consideratione, cum sit a natura non a voluntate [c. 102] *nec arte*, nos informat de studio, dicens: *qui studet*, idest ille poeta, *contingere cursu optatam metam*, idest devenire ad optatum finem, *puer*, idest dum in pueritia fuit, *multa tulit*, idest substinuit, *que* (pro “et”) *fecit, sudavit et alxit*, idest substinuit frigus et calorem; et sic declarat generale dictum: *abstinuit Venere et Baccho*, quia
10 voluptas habet impedire studium. *Tibicin*, idest cantor, *qui cantat Phitia*, idest laudes Apollinis²⁸⁰, *didicit prius que* (pro “et”) *extimuit magistrum*: et per hoc ostendit esse necessarium, ad artem capescendam, habere magistrum et ferre subiugationem et astinere se a voluptatibus et ferre incomoditates.

 Modo subiungit negligentiam imperitorum circa studium, ut ipsam
15 reprendat, ostendens qualiter magis precipites sunt ad ostendendum se sapientes (cum non sint) quam sint studiosi ad addiscendum ea que nesciunt, dicens: *nunc*, scilicet presenti tempore, *satis est*, idest sufficit quod ipsi laudent se, dicendo quemlibet poetam: «*Ego mira poemata pango*», idest canto; «*occupet*», idest dummodo «*scabies*», idest vitium, «*occupet extremum*», idest ad extremum, idest
20 ad ultimum talem poetam²⁸¹. Vel legendo interrogative dicendo: *nunc satis?* etcetera, quasi dicat: “non”. «*Michi turpe relinqui est*»: dicit Oratius quod reputat sibi ad turpitudinem dimicti suum poema, cum sit male compositum propter ignorantiam artis, et hoc dicit in persona sua, ut reprehendat liberius alios sic facientes, «*et fateri nescire quod non didici sane*», idest bene et sufficienter, sicut facit ille qui ignorat
25 artem, qui in opere suo fatetur ignorantiam suam.

Ars, 416-418

Ut preco, etcetera: hoc est ultimum capitulum, sive ultima pars huius operis,
30 in qua tractat Oratius de huius operis artifice, qui “poeta” vocatur. Et est notandum

Ars, 419-475

6 arte] artem; 22 turpitudinem] turpitudine; 29 est om. [T.]

1 *prosit*] *prosit* replicatur; 6 poeta] poeta qui studet

5

10

15

20

25

30

quod, sicut in aliis scientiis distinguimus theoreticam sive speculativam partem [c. 102v] ab ipsa practica sive operativa, sic per consequens distinguimus ipsos artifices, appellantes alios “theoricos”. Nam in teorica ipse rhetoricus, hoc est qui novit et docet artem ipsam, specialiter vocatus est “rector”; qui autem ipsam exequitur declarando specialiter vocatur “orator”. Similiter et in arte poetica sive poesi qui novit seu etiam docet poesim, specialiter “poeta” vocatur; qui autem, poemata fingens, exequitur artem, vocatur specialiter “autor”, licet distinctiones horum vocabulorum, ponendo alterum pro altero, sepiissime confundantur²⁸². Iusta ergo premissam differentiam, pars hec dividitur in duas, quia primo tractat de autore, secundo de poeta specialiter dicto ibi, *Quintilio si quid*.

1. Prima pars dividitur in duas, quia primo describit malum autorem, secundo nos ab eius imitatione prohibet, *tu seu donaris*, et sic per consequens a contrario sensu innuit formam boni auctoris.

Ars, 419-437

1.1. Dicit ergo primo sic, quod imperitus autor conducit adultores ad laudandum poema quod fecit, sicut mercator facit preconizari merces suas a preconone. Hoc autem facit autor ille, ut, si per tales laudes forsitan acceptetur eius poema, ipse consequatur premia boni auctoris que concupiscit, dicens sic: *poeta*, idest autor (ecce hic ponitur abusive pro “autore” *poeta*)²⁸³, *dives agris*, eo quod habet multas possessiones, *dives nummis positus in fenore*, eo quod habet denarios positos in usuris, *iubet asentatores*, idest adultores, *ire ad lucrum*, idest ire ad laudandum suum poema propter lucrum quod inde asecuntur tales adultores (quia largitur munera, dat cenas, dat prandia et sic, dando uni qui laudat suum poema, invitat alios ad laudandum, ut consequantur similia), *ut preco*, idest sicut laudator mercantiarum, *qui cogit*, idest con [c. 103f] gregat, *turbam*, idest multitudinem, *ad emendas merces*²⁸⁴.

Ars, 419-425

Et ostendit in tantum crevisse istam consuetudinem quod etiam dives poeta, volens habere verum iudicatorem et laudatorem et non adulatorem, non posset invenire. Et ideo dicit: *vero* (pro “sed”), *si est qui possit ponere unctum*, idest aliquis qui possit facere convivium recte²⁸⁵, idest quod sit ita dives quod recte presumatur quod possit facere convivium, *spondere levi pro paupere*, idest fide iubere pro paupere (quem appellat “levem” quia pauper ita reputatur levis, quod ei non attribuitur fides), *et eripere implicitum atris litibus*, idest liberare occupatum

1 scientiis om. [T.]

5

10

15

20

25

30

malis litibus, *mirabor*, scilicet ego Oratius, *si ipse beatus*, idest felix, *sciet noscere inter mendacem que* (pro “et”) *verum amicum*, idest si poterit discernere verum amicum ab adulate, qui est falsus amicus.

5 **1.2. Tu seu:** hec est secunda pars, in qua prohibet nos ab imitatione imperiti autoris, ostendens quod talis adulator, qui inducitur ad poemata laudanda, fallax et mendax est, et ad hoc inducit exemplum de cantoribus ibi, *ut qui conducti*, et ultimo ad habendum talium discretionem ponit aptam similitudinem ibi, *reges dicuntur*.

10 Dicit ergo primo sic: *tu*, scilicet maior iuvenum Pisonum, *seu donaris* (pro “donaveris”) *seu voles donare quid*, idest aliquid, *cui*, idest alicui: idest si tu, qui es dives, donaveris vel voles donare aliquid munus, noli consulere de tuo poemate recipientem, nisi primo fueris expertus id quod ipse sit verus amicus et non adulator; et ideo dicit: *nolito ducere plenum letitie*, scilicet amicum propter donum quod ei dederis seu dare promiseris, *ad versus tibi factos*, ut iudicet de eis. Ecce
15 causas: *clamabit enim* (pro “quia”) «*pulcre, bone, recte*» (intelligitur “stat istud poema pro complacendo tibi”); *palescet super his*, scilicet que ei recitabis vel ostendes ut ostenditur se moveri, si erit materia timoris; *stillabit rorem*, idest lacrimas, *ex oculis amicis*, idest quando ostendes quod loquaris de infortunio vel miseria alicuius amici; *saliet*, quando erit materia gaudii; *tundet* [c. 103v] *pede terram*,
20 idest percutiet terram pede, quando erit materia irascibilis.

Ut qui conducti: hic inducit exemplum ad propositum de cantoribus in funere alicuius. Qui mos servatur in Sicilia: quando enim moritur homo magni valoris, habentur cantrices, que decantant laudes defuncti et plorant et se percutiunt et dilaniant, inducte pretio, magis quam consanguinei et affines²⁸⁶. Et sic facit
25 adulator qui habuit pretium ab autore vel expectat habere, qui plus movetur poemate sibi mostrato quam moveretur verus laudator et sic decipit autorem, et ideo monuit maiorem Pisonum, ne talem assumat ad audiendum sua poemata. Et hoc est quod dicit: *ut qui*, idest sicut illi qui, *conducti*, idest pretio aquisiti, *plorant in funere*, scilicet aliquo, *dicunt et faciunt prope plura dolentibus ex animo*, idest vere

30

12 id] eum

23 cantrices] cantatrices

5

10

15

20

25

30

dolentibus, *sic derisor*, qualis est adulator, *movetur plus vero laudatore*, idest ostendit se moveri.

Et sic decipit et ideo monuit tales esse cavendos reges: hic ponit aptam similitudinem ad dandum Pisoni doctrinam ut possit cognoscere tales adulatores et hos vitare, dicens quod reges solebant, quando volebant experiri aliquem amicum si esset verus vel adulator, invitare eum ad cenam vel ad prandium et faciebant eum impleri vino et, si videbant quod iste talis loqueretur adulanter, non reputabant ipsum verum amicum, sed adulatorem; et sic facias tu, Piso. Et hoc est quod dicit: *reges dicuntur urgere multis curulis*, idest calicibus idest potationibus²⁸⁷, *et torquere mero*, idest tormentare cum vino, idest, sicut tormento coguntur homines ad manifestandum veritatem, ita vino cogebant hominem manifestare occultum animum, quia, ut in *Epistulis* dicit Oratius, «quid non ebrietas designatur operata recludit», etcetera²⁸⁸; *quem*, idest illum quem, *laborant perspexisse*, idest cognovisse, *an sit amicitia dignus*, scilicet vera. Ideo subiungit monitionem: cave ergo ne, si facias poemata, ostendas adulatori, sed amico pro [c. 104r] bato, ideo dicit: *si carmina condas*, tu, Piso, *numquam fallant te*, idest decipiant te, *animi latentes sub vulpe*, idest sub fraude et deceptione, quales sunt animi adulatorum.

2. *Quintilio*, etcetera: in hac ultima parte tractat Oratius de poeta et dividitur ista pars in duas, quia primo tractat de bono poeta, secundo de malo ibi, *ut mala quem scabies*. Ars, 438-475

2.1. Prima etiam dividitur, quia primo ostendit conditiones boni poete, specialiter exemplo Quintilii, in secunda parte generaliter de uno quoque bono poeta ostendit quales circa correctionem poematis debent esse conditiones ibi, *vir bonus et prudens*.

2.1.1. Dico quod primo commendat bonum poetam, exemplo Quintilii, qui poemata facientes et auscultabat et amicabiliter absque fallacia et adulatione errores redarguebat: si quis humiliter recognoscebat errorem, monebat illum prudenter de correctione facienda; qui vero superbus pervicaciter deffendebat errorem, benigne relinquebat eum proprie voluntati. Et hoc est quod dicit: *si quid*, idest si aliquid, *recitares Quintilio*, tu Piso, *aiebat*, idest dicebat ipse Quintilius²⁸⁹, «*corrige, sodes*» (adverbium exortantis vel blandientis est), «*hoc et hoc*», idest istud delictum et Ars, 438-444

5

10

15

20

25

30

istud. *Negares*, idest si negares, *te expertum bis que* (pro “et”) *ter frustra posse melius facere, iubebat*, scilicet ipse Quintilius *delere*, scilicet totum, *et reddere male tornatos versus*, idest male politos (et dicitur a “torno”, qui est istrumentum quo fiunt res de lignamine multum polite), *incudi*, idest studio ingenii, idest iubebat ut
 5 destrueres et reficeres. *Si defendere delictum quam vertere malles*, sicut faciunt superbi et pervicaces, *nullum ultra verbum* (intelligitur “dicebat”) *aut insumebat operam inanem*, idest et ultra nullam operam inane insumebat (opera enim inanis est corrigere illum qui non vult corrigi), *quin*, idest ut non, *amares que* (pro “et”) *te et tua sine rivali*, idest sine socio: rivalis est qui vadit ad eandem mulierem cum
 10 alio²⁹⁰, sed hic ponitur improprie pro “socio”, quasi dicat: nil dicebat amplius, ut tu solus sine suo consensu non amares te et tua.

2.1.2. Vir bonus. Hic ostendit autor generaliter conditiones boni poete circa Ars, 445-452
 correcti [c. 104v] onem et duo facit, quia primo explicat octo vitia que reppendit
 15 bonus poeta, que destincte patent in littera; secundo rigorem suum circa corectionem ostendit ibi, *nec docet*.

Dicit primo sic: *vir bonus et prudens* (et hoc intelligitur de poeta, scilicet Ars, 445-450
 qualis debet esse omnis poeta), *versus reppendet inertes*: hic tangit primum vitium, quodinartificiositas potest dici, sive quia ibi peccatur contra artem metricam, sive
 20 quia ibi est ruditus constructionis sive sententie, sive quia non moveant lectorem appellant eos “inertes”. *Culpabit duros*: hic tangit secundum vitium, quod appellatur “durities”, quod fit quando non potest inde extrahi - nisi cum difficultate - sententia, sive quando ipsa sententia dura est, seu verba dura erunt auditu. *Incomptis allinet*, idest apponet, *atrum signum*, idest obscurum signum, *transverso calamo*, idest
 25 faciet lineam que fit cum calamo ducto per transversum: et hic tangit tertium vitium, quod appellatur “irtositas”, quod fit quando versus non est politus, intervenientibus collisionibus vel hiatibus nimiis vel turpibus vocabulis. *Ambitiosa recidet ornamenta*, idest pretiosa: et hic tangit quartum vitium, quod appellatur “superfluous ornatus”, quod fit quando verba sunt nimis culta et similiter modus
 30 dicendi, videlicet quod ibi ponantur nimie circuitiones. *Parum claris dare lucem coget*: hic tangit quintum vitium, quod appellatur “obscuritas”, quod fit quando vocabula sunt obscura et constructio nimis implicita. *Arguet ambigue dictum*: hic tangit sextum, quod appellatur “ambiguitas”, quod fit quando vocabula sunt

1 *frustra*] *it. frustra*

5

10

15

20

25

30

equivoca et eorum equivocatio non declaratur per adiuncta, sive quando constructio est dubia, sive quando sententia est dubia. *Mutanda notabit*: hic tangit septimum vitium, quod vocatur “preposteratio”, quod fit quando sententiae non tenent suum locum, similiter dictiones in constructione. *Fit Aristarcus*: Aristarcus fuit inventor grammatice apud Grecos²⁹¹ et hic tangit octavum vitium, quod appellatur “incongruitas vel imperfectio”, quod fit quando constructio non est congrua vel perfecta secundum precepta ar [c. 105r] tis grammatice.

Ultimo subiungit laudabilem rigorem poete in corrigendo, dicens: *nec dicet*, scilicet bonus poeta, «*cur ego amicum offendam in nugis?*». Hoc dicit quia multi putant nugatorium, si reprehendantur facta vitia et maxime vitium grammatice, ut, puta, si fecerit verbum deponens verbum passivum vel e contrario, et huiusmodi. Quia hoc dixit per modum interrogationis, respondet: *he nuge*, scilicet reprimantur, *ducent seria*, idest ducent poemata reprimis²⁹² in res utiles (intelligitur enim “in”), *et derisum semel que* (pro “et”) *exceptum sinistre* (“ducent” intelligitur) *in mala*: deridetur enim autor quando commendatur a poeta, cum est reprimendus, et decipitur quando sinistre excipitur, quod fit quando vitium non manifestatur sibi. Et sic concludit quod bonus poeta non demittit correctionem propter offensionem correcti.

2.2. Ut mala: hic tractat Oratius de malo poeta, laudans prudentiam illorum qui vitant et fugiunt eum; contrario modo vituperans illos qui secuntur talem poetam ibi, *agitant pueri*. Et duo principaliter facit, quia primo facit quod dictum est, secundo redit iterum ad narrandum de autore ibi, *hic dum sublimes*.

2.2.1. Dicit ergo primo sic: illi *qui sapiunt*, idest sapientes, *timent tetigisse que* (pro “et”) *fugiunt vesanum poetam*, idest non sanum (quia *ve* ponitur privative hic), *ut*, idest sicut, *illum quem mala scabies*, idest lepra, *urget*²⁹³, idest constringit, *aut morbus regius*, scilicet cancer seu lupa²⁹⁴, scilicet urget, *aut phanaticus error*, idest amentia inducta prophanatione alicuius sacri, scilicet urget, *et iracunda Diana*, scilicet urget. Et per hoc intelligit “lunaticos”, quia Diana in silvis, luna in celo, Proserpina in inferno; et etiam quia Diana, dea castitatis, inmictebat furorem violantibus numen suum²⁹⁵. Et predicta supra apparet, quod equiparat insanum poetam leproso, qui habet corumpere conversantes secum, et sic insanus poeta

10 si reprehendantur *om.* [T.]

5

10

15

20

25

30

corumpit conversantes secum; equiperat etiam cancroso, qui fetore inficit
 adherentes sibi, et sic insanus poeta; equiperatur etiam furioso, qui ledit
 aproximantes sibi, et sic insanus poeta; equiperatur etiam lunatico, qui interdum
 offendit sibi obvios, et sic insanus poeta. Et ideo bene faciunt sapientes qui fugiunt
 5 talem poetam. E contrario male faciunt insipientes et insani qui secuntur talem
 poetam. Et ideo dicit: *pueri*, idest inexperti, *agitant*, idest pertractant [c. 105v] talem
 poetam conversando secum et capiendo suum consilium. Et est notandum quod,
 intelligendo quod hic tractet de autore malo (sicut potest intelligi ponendo abusive
 poetam pro “autore”)²⁹⁶, clarior est intellectus et sic exponatur ut supra, intelligendo
 10 quod *pueri agitant*, legendo et audiendo, *et incauti secuntur*, imitando.

2.2.2. Hic dum: in ista parte autor noster etiam prosequitur de autore
 secundum prefatam expositionem immediate positam vel secundum aliam. Redit hic
 iterum ad autorem malum, de quo supra etiam fecerat mentionem, faciendo de eo
 15 multas comperationes, ut ostendat eum esse fugiendum: primo comperando eum
 aucupi improvido, secundo vanaglorioso, tertio violatori fani, quarto violatori
 paterni sepulcri, quinto urso sevienti. Et iste partes patent in textu et ultimo
 reprehendit acerbum recitatorem ibi, *indoctum*, etcetera.

Dicit primo quod malus autor non solum potest dici leprosus (etcetera que
 20 dicta sunt supra), sed etiam potest comperari aucupi improvido; quia, sicut acupes,
 erecto visu incedens, dum captat aves cadit in puteum et foveam, sic malus autor,
 dum tentat condere versus sublimes quos ignorat, decedit, viliscit nec debet invenire
 qui eum tollat, quantumcumque reclamet. Et hoc est quod dicit: *hic*, scilicet insanus
 autor de quo dictum est supra, *dum sublimes versus ruptatur*, idest extramictit²⁹⁷, *et*
 25 *errat*, eo quod ignorat, et non potest sequi illam subtilitatem, *sic veluti auceps*
intentus merulis, idest illis avibus, *decidit in puteum ve* (pro “et”) *foveam*, propter
 suam inadvertentiam, *licet longum*, idest per longum, *tempus clamet*, ipse auceps
 sic lassus: «*io cives!*», idest «o cives, extrahatis me de isto puteo vel fovea!», *non*
sit qui tollere curet.

Nunc monet autor quod non sit extraendus et sic a simili dicit de autore
 cadente et assignat rationem: *si curet quis*, idest aliquis, *opem ferre*, sic cadenti, *et*
dimictere funem ad extraendum ipsum, *qui scit*, idest quomodo scit, *an prudens se*
deiecerit, idest studiose, *atque* (pro “et”) *servari nolit?*, scilicet in vita, et sic, idest a

9 clarior] clari [T.]; 9 supra om. [T.]; 30 a om. [T.]

5

10

15

20

25

30

simili, potest dici de autore errante quia studiose errat et non vult detrhai ab errore. Et quod hoc possit [c. 106r] esse adducit inde exemplum famosam mortem Empedoclis, dicens: *dicam que* (pro “et”) *et narrabo interitum*, idest mortem, *Siculi poete*, scilicet Empedoclis, qui fuit de Sicilia, quia, cum audisset aliquos deificatos post mortem, precipitavit semet ipsum in ardentem Ethnam, amore vane laudis putans stulte se deificandum²⁹⁸. Et ideo dicit: *dum cupit Empedocles deus immortalis haberi* apud homines, ipse *frigidus*, idest non calens ira sed deliberato animo, *insiluit ardentem Ethnam*, idest saltavit in voraginem montis Ethne de Sicilia, unde eruptat ignis.

Et ideo concludit: *sit ius*, idest potestas, *que* (pro “et”), *liceat poetis perire*, et sic docet malos autores volentes errare rilinguendos sibi incorrigibiles. Et addit notabile, dicens: ille *qui servat*, idest conservat in vita, *invitum*, idest nolentem servari, *facit simile occidenti*, idest facit simile illi qui occidit nolentem occidi. Ostendit vementem esse autorum furorem aliquando qui non tantum semel errant nec, si corriguntur, emendant, sed etiam recidunt in idem. Et ideo dicit: *nec semel hoc facit*, idest autor factus similis Empedocli, *nec, si retractus erit* de suo errore, *iam fiet homo*, idest rationabilis et corigibilis ut homo, *que* (pro “et”) *ponet*, idest deponet, *amorem famose mortis*, idest famosi erroris, quia per talem errorem vult habere famam et nominari, sed dicit “mortis”, retrahendo se ad similitudinem vel exemplum positum de Empedocle.

Nec satis. Hic comperat talem autorem homini qui prophanavit sacrum, comictendo incestum, et ei qui violavit sepulcrum paternum, dicens: *nec satis apparet*, quasi dicat ita apparet, *cur*, idest quamvis, *versus fattitet*, idest frequenter faciat (quia frequentativum est huius verbi “facto, fattas”, frequentativi huius verbi “facio, -is”, formatum a supino “factum, -tu”, “a” in “i” mutata et “u” in “o”, fit “factito”), *utrum minxerit* [c. 106v] *in patrios cineres* et sic violaverit sepulcrum patris, quia mingentes super cineres parentis violabant sepulcrum; *aut incestus*, idest incestatus, idest adulterus, *moverit triste bidental*. Bidental vocabatur locus quem percutiebat fulmen a bidentibus ibi consecratis, quia talis locus reputabatur sacer et ibi fiebant sacrificia cum bidentibus, idest ovibus, et signabatur talis locus gramine vel ara superposita; et quicumque adulterium commisisset in tali loco sacro vel adulterans tangebatur et movebatur talem locum, efficiebatur furiosus, et protanto dicit “triste”, idest dans tristitiam, et sic prophanatores sacri erant furiosi et similiter

29 fulmen] flumen

5

10

15

20

25

30

violantes sepulcrum paternum; et his comperat autorem qui non vult corrigi, quales sunt multi²⁹⁹.

Certe: modo comperat etiam talem autorem urso sevienti qui fregerit carceres, qui in omnes sevit, et sic facit autor incorrigibilis. Et hoc est quod dicit: *ac* (pro “et”) *certe* talis autor *furit*, idest tamquam furiosus in omnes sevit, *velut ursus si valet frangere obiectos clatros cavee*, idest si potuit frangere oppositas clausuras sui carceris.

Indoctum: hic autor docet nos vitare acerbum recitatore³⁰⁰ et per consequens monet maiorem Pisonum ne velit esse acerbus recitator; et appellat “acerbum recitorem” facientem nimis longas recitationes, seu pertinaces recitatores qui, licet reiciantur, non cessant a similitudine quadam, quia sicut acerba plus durant quam mitia vel mollia. Ostendendo quod talis recitator offendit audientes, quia nemini placet et, si tantum invenit unum cui placeat, tenet illum in tantum quod aufert ei vitam. Et hoc est quod dicit: *recitator acerbus fugat doctum que* (pro “et”) *in* [c. 107r] *doctum auditorem*, quia cuilibet displicet, *vero* (pro “sed”) *tenet que* (pro “et”) *occidit* auditorem quem capit (et intelligitur occidere in quantum tenet dum vivit), *legendo*, idest dum legitur ab autore vel dum legit ipse recitator poema suum. Comperando ipsum hirudini que non dimictit cutem, nisi extraxerit sanguinem ad plenitudinem et saturitatem suam, et ita tales recitatores, si semel acceperint auditorem, numquam dimictunt, donec vivat, quin extrahant sanguinem, idest munus vel premium ad saturitatem et indigentiam suam; patet de pertinacibus effrontibus et non timentibus repulsam, qui tantum durant in suo opere qui - licet fugerent omnes - tamen si aliquem capiunt numquam dimictunt, donec extraxerint facultates et copias suas usque ad satietatem suam. Et hoc intelligendum est proprie quando auditores sunt magnates et principes, unde dicit sic: *ut yrudo non missura*³⁰¹, pro dimissura, *cutem*, quam aripuerit, *nisi plena cruoris*, idest sanguinis. Et sic facit recitator acerbus qui non dimictit auditorem cui placet, donec extrahat suas facultates et divitias, idest donec percipiant fructum quem expectant.

Ars, 474-476

30

Et hic finitur expositio *Poetrie* Oratii, de quo plene gratie referantur autori omnium gratiarum per infinita secula seculorum. Amen. Deo gratias. Amen.

3 urso] ursi; 9 recitator] recitor [T.]

NOTE

Nelle note si è cercato di identificare il più puntualmente possibile autori e fonti, riportando il titolo di queste ultime, se non indicato. Il prospetto delle abbreviazioni è fornito nell'Indice delle opere consultate.

Inoltre, si ricorda che sono stati chiariti anche i luoghi nei quali il commento del Buti sia risultato maggiormente oscuro o nei quali i versi di Orazio non appaiono correttamente interpretati.

Sono state messe in risalto, infine, le caratteristiche dell'esegesi del Buti sia in rapporto alle altre sue opere esegetiche (commento a Persio e alla Commedia, accessus a Terenzio), che rispetto ad alcuni precedenti commenti ad Orazio (Porfirione, Pseudoacrone, Scholia λφψ, Scholia κ ς, Anonymus Turicensis, Materia, Scholia Vindobonensia). I passi riportati del commento a Persio sono stati trascritti dal manoscritto Ambrosiano E 3 sup., mantenendo gli stessi criteri di intervento grafico-formale adottati per quello a Orazio. L'accessus a Terenzio è citato dall'edizione curata dall'Alessio, che si basa sulle due redazioni α ed F (cfr. ALESSIO 1981, 109-116): si è sempre indicato tra parentesi tonda a quale delle due redazioni si è fatto riferimento (red. α, red. F). Le edizioni utilizzate per i commenti all'Ars sono fornite (con le relative abbreviazioni) nell'Indice delle opere consultate; i numeri tra parentesi tonda sono riferiti ai versi dell'Ars indicati nelle edizioni.

¹ L'accessus del Buti segue lo schema canonico a cui attingono i commentatori medioevali: la presentazione delle quattro cause (*efficiens, materialis, formalis, finalis*), di quale sia il titolo dell'opera (*qui sit libri titulus*) e della parte della filosofia a cui l'opera appartiene (*cui parti philosophie supponatur*). La stessa struttura ha un riscontro preciso anche nei commenti a Persio (cfr. l'analisi di ALESSIO 1981, 80-85) e a Dante (cfr. proemio alla *Commedia*, pp.5-6: «Sì come dicono tutti li esponitori nelli princìpi delli autori, si richiede di manifestare tre cose principalmente; cioè le cagioni et appresso la nominazione e poi la supposizione dell'opera»).

